




Secretum Francisci Petrarche de Flore[n]cia Poete laureati De Contemptu mu[n]di

<https://hdl.handle.net/1874/461275>



Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/>

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:

<https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/>

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
 - the spine
 - the head edge
 - the fore edge
 - the bottom edge
 - the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

cens ingenio fortunā. Quo remedii genere sepe quod
hactenus usus sum. Et quoniam futuri semper incer-
ta condicio est: An adhuc usurus sim? nescio certe
libera si contingat electio solitudinem veram pro-
priis in sedibus quesiturus. **De beatitu-
dine solitudinis et bonis eius** **Ca. xvii.**

Quod et dum licuit, semper feci: et quā nunc
faciam vides. Solitudo equidem sancta: sim-
plex et incorrupta vereque purissima rerum
est omnium humanarum. Cui etenim sepe ostentat in-
siluis: cui sese comat inter vepres: Quem preter pi-
scis hamo: quem preter feras ac volucres visco fal-
lat: ac laqueo. Quē cātu: quem gustu mulceat: quē
coloribus delectet. Cui purpuram explicz. Cui ole-
um vendicet: Cui verborum florida ferta cōtexat.
Cui demū sese approbet. Cui placere studeat: pre-
ter illa. Cui in intimas solitudines penetranti: solitariū
nihil est. Neminē illa vult fallere: nihil simulat aut
dissimulat. nihil onat. nihil palliat. nihil fingit. Nu-
da prorsus et in compta est: Spectaculis enim carz
et plausoribus veneficis animaz: vite rerumque om-
nium: deū vnicum testem habet. nec vulgo cetum
nec mendaci: sed cōsciencie proprie credit. de qui-
busdam quoque parū illi fidens dubitat: recolēs scrip-
tum esse. Delicta quis intelliget: et illud etiam si
simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea: nec
tamen illud oblita: quod suavis dominus vniuersis
et misericors eius super omnia opera eius: quod alleuat
dominus omnes qui corruūt: et erigit oēs elisos. quod
prope est omnibus inuocantibus eum: quod non secundum
peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates
nostras retribuet nobis. quoniam secundū altitudi-
nem celi a terra corroborauit misericordiam suam
super timentes se. quod quātum distat ortus ab occidē

te longe fecit a nobis iniquitates nostras. Denique non
iudicialiter sed paterne nos aspiciens: quō miseret:
pater filiorum: misertus est dominus timentibus se:
quoniam ipse cognouit figmentum nostrū: et recorda-
tur quoniam puluis sumus: et homo sicut fenum et
flos agri: egreditur et cōteritur et fugit velud um-
bra. Misericordia autem domini ab eterno et usque
in eternum: quoniam ipse fecit nos et nihil odit omni-
um quę fecit atque ita manētibus hinc scripturis hic
spem dantibus de se intacta et nesciens: An amore
an odio digna sit trepidat sed et sperat ac se ipsam
de certa et nota regis sui misericordia consolatur.
Sic se sic demonū vigil insidias inque id solum occu-
pata circūspicit et diuino presidio fulta compnit.
Sic vndique felix ac trāquilla et vt proprie dicā arx
munita tempestatumque omnium portus est. Quem quod
fugit quid sibi aliud preter: portu careat: voluatur
reū pelagus viuat in scopulis moriatur in fluctibus.
Nec tamen usque adeo propōiti improbus sentencie
quod tenax sim vt decipere alios putem vel in verba iur-
rare cogam mea adfatendum multi ad credendum
nemo cogitur. nulla maior quā iudicii libertas: hāc
itaque mihi vendico vt aliis non negem. Sit sane. po-
test enim esse sic honesta sic sancta omnium intencio.
Esse autem occultissime profundissimeque rei huma-
ne consciencie iudex nolim. Et possunt omnes deo
lāgente bene viuere nullum respuit infinita clemē-
cia. sed a multis ipsa respuitur: ipsa etiam humane
philosophie institutio gradaria est. Non possunt enim
omnes summum locum prehendere: Alioquin ima
omnia vacarent tantum vt vitetur obscenitas: et quod
in imis esse solent sordes. Id enim omnibus ē neces-
se qui quolibet in genere vitam agere: procul ab infā-
mia decreuerūt. Sic obscena vitare debitū in altū

PETRARCHA
de
Contemptu
Mundi.

Y. fo.

10

RARIORA

Cm

Cm




108

cl.

Cm

Cm





Philosophici Theoretici

Folio n°. 10.

576. **Petrarca, Fra.**, Secretum sive de contemptu mundi. [Straatsburg, Ado. Rusch niet na 1473]. 2o. Y. 2o, 101


Type 1. — H* 12800. — BMC I p. 61. — MMW II 738. — Pr. 231.

Op het schutbl.: „Ex donatione Pollionis”. (Zie over hem de aantek. bij nr. 49). — Samengeb. met nr. 573. — In den catalogus van 1608.

573. **Petrarca, Fra.**, De vita solitaria. [Straatsburg, Ado. Rusch niet na 1473]. 2o. Y. 2o, 102

Type 1. — H* 12796. — BMC I p. 61. — Pr. 232. — Dateering volgens Hain.

Samengeb. met nr. 576.



Exdonatione pollionis.

Hain 12800
12796

(Argent. Jon. Mentelin
circ. 1470)

N^o. 189.2.

N~~115~~ a. B.

82
p. m. 9

Secretum Francisci Petrarce de Florēcia Poete laureati De Cōtemptu mundi Incipit Fœliciter

TTONITO mihi quidem: Et sœ
pissimæ cogitanti: qualiter in hanc
uitam intrassem: qualiterue forem
egressur⁹. Contigit nup ut nō sicut
egros animos solet somn⁹ opprimē:
Sed anxium atq̃ puigilem: mulier quedam ienar
rabilis etatis & luminis: formaq̃ nō satis ab homi
nibus intellecta: incertū quib⁹ viis adiisse videre
Virginem tamen & habitus nunciabat & facies.
Hec igitur me stupentem insuete lucis aspectu &
aduersus radios: quos oculorū suorū sol fundebat
non audentem oculos attollere: Sic alloquit̃. Noli
trepidare: neu te species noua pturbet: errores tu
os miserta de longinquo tempestiuū tibi auxilium
latitura descēdi: satis supq̃ satis hacten⁹ terrā cali
ginātib⁹ ocul⁹ aspexisti: Quos si usq̃ adeo mōrlia ista
pmulcent quid futuz speras si eos ad eterna sustu
leris? His ergo auditis: necdum pauore deposito
maronēum illud tremulo uix ore respondi. O quā
te memorē virgo. Namq̃ haud tibi uultus mōrlis
nec vox hominem sonat. Illa ego sum inquit: quam
tu in affrica nostra curiosa q̃dam elegancia descrip
sisti. Cui nō segnius q̃ amphion ille dirceus ī extre
mo qdē occidētis: summoq̃ adlantis vertice habita
cionem clarissimā atq̃ pulcerrimā: mirabili artifi
cio: ac poeticis (ut pprie dicam) maib⁹ erexisti
Age itaq̃: iam secur⁹ ausculta: ne ue illius p̃sentē
faciē phorrescas: quam p̃dem tibi satis familiarit̃
cognitam arguta circumlocutione testatus es. Vix
dum verba finierat: cum mihi cuncta uersanti nihil
aliud occurrebat quam ueritatē ipsam fore que lo



queret. Illius enim me palacium adlantis iugis de
scripsisse memineram ac qua nam ex regione uenisset
ignorabam. nisi celitus tamen uenire nequiuisset cer
tus eram. Itaque uidendi auidus respicio: & ecce lu
men ethereum facies humana non pertulit. **R**ursus
igitur in terram oculos deicio. quod illa cognoscens
breuis spatii interueniente silencio: itaque & iterum in
uerba prumpens: minutis interrogaculis: meque
ut secum multa colloquerer coegit. **D**uplex hinc mi
hi bonum puenisse cognoui. **N**am & aliquantulum
doctior factus sum. **A**liquantoque ex ipsa conuersatione
securior. **S**pectare coram posse cepi uultum illum
qui nimio primum me splendore perterruerat: quem
postquam sine trepidatione sustinui: dum mira dulcedi
ne captus inhereo: circumspectis an quicquam secum
afforet. **A**n prorsus incomitata mee solitudinis ab
dita penetrasset. uirum iuxta grandeum: ac multa
maiestate uenerandum uideo: non fuit necesse nomen
percunctari. religiosus aspectus: frons modesta: gra
ues oculi: sobrius incessus: habitus sacer. **S**ed ro
mana facundia gloriosissimi patris augustini quod
dam satis apertum iudicium referebat. **A**ccede
bat dulcior quidam maiorque quam non nisi hominis af
fectus. qui me suspicari aliud non sinebat: nec tamen
ideo tacitus mansissem. Iam interrogacionis uerba
dictaueram. Iamque in extremum oris limen vox egres
sura precesserat. **C**um subito ex ore veritatis dulcis
sonum illud mihi nomen auditum est. ad eum siqui
dem conuersa ac meditationem ipsius profundissimam
interrumpens sic ait. **C**are mihi ex malibus **A**ugusti
ne: hunc tibi deuotum nosti. nec te latet: quam peri
culosa & longa egritudine tentus sit: qui eo propin
quior morti est: quo eger ipse a proprii morbi cog
nitione remotior. **I**taque nunc uite huius semianimis

79
consulendus est. quod pietatis opus melius: quam
tu nullus hominū prestare potest. Nam et iste sem-
per tui nominis amantissimus fuit. Habet autē hoc
omnis doctrina ut multo facilius ī auditoris animū
ab amato preceptore trāsfundiť. Et nisi te presens
forte felicitas miseriaꝝ tuarum facit immemorem:
multum tu dum corporeo carcere claudebaris: huic
similia pertulisti. Quod cum ita sit passionū exper-
tarum curator optime: tam& si rerum omnium iu-
cundissima sit taciturna meditatio. silencium tamē
istud ut sacra & mihi singulariter accepta uoce dis-
cucias. Oro temptās: si qua ope languores tam gra-
ues emollire queas. Ad hec ille. Tu mihi dux. tu cō-
sultrix. tu mihi consolatrix. tu domina. tu magistra
quid igit me loqui iubes te presente? Illa autem au-
rem mortalis hominis humana vox feriat. hanc iste
feret equanimius. ut tamen quicq; ex te audiet: ex
me dictum put&. presens adero parere inquit. &
languentis amor cogit. & iubentis auctoritas simp-
me benigne intuens: paternoq; refouens complexu.
in secreciorem loci partem ueritate preuia parump
abduxit. Ibi tres pariter consedimus. Tum demum
illa de singulis in silencio iudicante. submotis pcul
arbitris: ultro citroq; sermo longior obortus. atq; in
diem tertium materia protrahente productus est.
ubi multa licet aduersus seculi nostri mores. deq; cō-
munibus mortalium piaculis dicta sint. ut non tam
mihi quam toto humano generi fieri conuicium ui-
deret. Ea tamen qbus ipse uocatus sum memorie al-
cius impressi. hoc igit tam familiare colloquium ne
forte dilaberet dum scriptis mandare instituo: men-
suram libelli huius impleui. nō quem anumerari ali-
is operibus meis uelim. aut vnde gloriā petam ma-
iora quedam mens agitat. Sed ut dulcedinem quā

semel ex collocutione percepi: quociens libuerit ex lectione percipiam. **T**uq; ideo libelle conuentus hominum fugiens. mecum mansisse contentus eris: nominis proprii non immemor. **S**ecretum enim meum es & diceris. mihiq; in altioribus occupato: ut unum quod in abdito dictum meministi: in abdito memoraſ. **E**go enim ne ut ait **T**ullius inquam & inquit sepius interponerent. **A**tq; ut coram res agi uelud a presentibus uiderent. **C**ollocaturis egregii meaſq; sententias non alio uerboꝝ ambitu: sed sola priorum nominum prescripcione discreui. hunc nempe scribendi morem a meo **C**icerone didici. hunc ipse prius a **P**latone didicerat. **A**c ne longius uager his ille me primum uerbis adgressus est. **A**ugustinus.

O Vid ais homuncio. quid sompnias. quid expectas. an non te mortalem esse meministi? **F**ranciscus. **M**emini equidem. nec unquam sine horrore quodam cogitacio illa subit animum. **A**ugustinus. **U**tinam meminisses ut dicis. & tibi consulisses. etenim & multa mihi negotii remisisses. cum sit profecto uerissimum ad contemnendas uite huius illecebras. componendiq; inter tot mundi procellas animum: nihil efficacius reperiri. quam memoriam proprie miserie. & meditacionem mortis assiduam. modo non leuiter aut superficialitatenus serpat. sed in ossibus ipsis ac medullis insideat. **A**t multum uereor ne in hac re q; in multis an aduerſi te ipsum decipias. **F**ranciscus. **Q**ualiter queso? non enim clare intelligo quae narras. **A**ugustinus. **A**tqui omnibus ex condicionibus uestris. **O** mortales! nullam magis admiror. nullam magis exhorreo quam q; miseris uestris ex industria fauetis. & impendens periculum dissimulatis agnoscere. considerationeq; illam si ingeratur excludatis. **F**ranciscus.

69

Quo pacto **Augustinus**. Putasne quempiam adeo
 delirare ut morbo accipiti correptus non summe cu-
 piat sanitatem **Fran.** Neminem tam dementem ar-
 bitror **Augu.** Quid ergo? putasne quempiam fore
 tam pigri remissiq; animi: ut non quod tota mente
 desiderat omni studio consecretur **Fran.** Ne istud qui-
 dem **Augu.** Sed hec duo inter me teq; conueniunt:
 tertium q; cōueniat: necesse est **Fran.** Quod est ter-
 cium hoc **Augu.** Vt sicut qui se miserū alta & fixa
 meditatione cognouerit cupiat esse non miser. & q
 id optare ceperit sectetur sic. ut quod sectatus fuerit
 possit etiam adipisci. Enimvero tertium huiusmo-
 di sicut non nisi ex secundi. sic secundum non nisi ex
 primi defectu impediri posse: compertum est. Itaq;
 primum illud ceu radix humane salutis subsistat o-
 portet. Vos autem insensati tuq; adeo ingeniosus in
 perniciem propriam e pectoribus uestris salutiferā
 hanc radicem omnib; terrenarum blandiciaz laque-
 is (quod mirari me atq; horrere dicebam) dextirpa-
 re nitimini. Aures igit illius a uulsione & reliquoq;
 euerfione plectimini **Fran.** Hec quidem (ut auguri
 or) longior est querela egenq; uerboz plurium. Ea
 ergo si libet in tempus aliud dilata. dum cercior ad
 sequencia proficiam. aliquātis per in precedentibus
 immoremur **Augu.** Tarditati tue mos gerendus ē
 ubicunq; igit uisum fuerit pedem fige **Fran.** Conse-
 quentiam istam non uideo **Augu.** Quid caliginis i-
 teruenit: quid ue nunc dubitatis aboritur? **Fran.**
 Quoniam innumerabilia sūt quæ ardentè optam;
 studiosq; petimus. ad quæ tamen nullus labor nul-
 la nos diligencia aut prouexit aut prouebet **Augu.**
 In rebus ceteris id verum esse non inficior. aut i eo
 quod nunc agit contra est **Fran.** Quam ob causam.
Augu. Quia qui miseriam suam cupit exuere modo

in

moniti me facit

moniti

facit

id uere pleneque cupiat: ne quid a tali desiderio frustrari. **Fran.** Pape quid ego audio: pauci admodum sunt qui non multa sibi deesse provideant. quod quā uerum sit. quisque ad seipsum conuersus fuerit intelligit. atqui in eo sese miseros fateantur. consequens siquidem est: & bonorum cumulatissimus acerrime felices facit. & quicquid inde decesserit pro ea parte necesse est efficiat infelices. **Hanc** miserie sarcinam omnes quidem deponere uoluisse: rarissimi autem potuisse notissimum est. **Quam** multi enim sunt quos uel corporis aduersa ualitudo: uel carorum mors: uel carcer: uel exilium: uel paupertas: perpetuis premit angoribus. **Aliaque** huiusmodi generis. que sicut enumerare longum est. sic tollerare difficile atque miserissimum. quæ quamuis sint patientibus permolesta tamen (ut uides) abieciisse non licet. **Dubitari** igitur meo iudicio non potest. quin multi quidā inuiti nolentesque sint miseri. **Augu.** Longius retro reuocandus es. & quod usu euenit uagis tardioribusque inuenticulis sepius a primis elementis dicendorum series retexenda est. **Prouectoris** te quidem ingenii arbitrabar. nec putabam adhuc tam puerilibus amonitionibus indigere. & profecto si illas philosophorum ueras saluberrimasque sententias: quas mecum sepe relegisti: memorie commendasses. **Si** & cum bona uenia loqui sinas tibi non aliis laborasses. & lectionē tot uoluminum ad uite tue regulam: non ad uentusum uulgi plausum: & inanem iactanciam traduxisses tam insulsa & tam rudia ista non diceres. **Fran.** Quid pares ignoro. **Iam** nunc tamen frontē meam rubor inuasit: exteriorque per pedagogis obiurgantibus pueri silent. **Ut** enim illi antequam admissi criminis nomen audiant: multa se deliquisse memorantes: prima castigantis uoce confunduntur. **Sic** ego igitur

7

norantie & errorz mibi conscius multorum. & si nō
dum intelligo quorsum tua pergit oratio. quia ta-
men nihil mibi non obici posse persencio: quando fi-
nem sermonis erubui. fare autē apercius queso: qd
hoc est quod ī me satis mordaciter arguisti. **Augu.**
Multa post hoc: nunc unum illoz indignor quod fi-
eri quemquam uel esse miserum suspicaris inuitum
Fran. Erubescere desii. quid enī hoc uero uerius ex-
cogitari potest. aut qs tam ignarus rerum humana-
rum tamq ab omni mortalium cōmercio segregat⁹
est. qui non intelligat egestatem: dolores: ignomini-
am: deniq morbos: ac mortem: aliaq huius generis
quæ putant esse miserrima. inuitis accidere plerūq;
uolentibus autem nunquam. **Ex** quo uerum sit mi-
seriam propriam & nouisse & odisse faciliū de-
pulisse. non ita q prima nostri duo arbitrii tertium
hoc sit in potestate fortune. **Augu.** Erroris ueniā
uerecundia merebat. Impudencie autē irascor gra-
uius quam errori. quoniam enī omnes ille tibi phi-
losop hie sanctissimeq uoces exciderunt. neminem
hīs que paulo ante nominabas miserum fieri posse
Nam si sola uirtus animū felicitat. quod & a **Mar-**
co Tullio: & a multis sepe ualidissimis rationibus
demonstratum est. cōsequentissimū est: ut nihil q
nisi uirtutis oppositum a felicitate dimoueat. quod
quale sit: nisi prorsus obtorpuisti: me licet tardente
recordaris. **Fran.** Recordor egdem. ad stoicorū pre-
cepta me reuocas populoz opinionibus aduersa: &
ueritati propingora quam ului. **Augu.** O te omniū
infelicem. Si ad ueritatis inq̄sicionem per uulgi de-
liramenta contendis. aut cecis ducibus ad lucem te
peruenturū esse confidis. calcatum publice callē fu-
gias oportet: & alciora suspirans: paucissimorū sig-
natū uestigiis iter arripias. ut poeticū illud audire

merearis. Macte noua uirtute puer sic itur ad astra
Fran. Utinam id mihi cōtingere posset anteq̃ mori
ar. Sed perge queso: neq̃ enim prorsus depuduit: &
stoicoꝝ sententias publicis erroribus preferendas es
se non dubito. quid autem hic persuadere uelis ex
pectos **Augu.** En hoc inter nos cōuenit nisi uicio mi
serum nō esse nec fieri iam qd uerbis opus est **Fran.**
Quia multos mihi uidisse uideor: inter quos & me
ipsum nihil molestius ferentes quam q̃ uiciorū iu
gum non liceret excuttere: quamuis ad id per om
nem uitam summis uiribus niterent̃. quāobrem stā
te licet stoicoꝝ sententia tollerari potest: multos in
uitos ac dolentes optantesq̃ cōtrarium esse miseri
mos **Augu.** Aliquātulū euagati sumus: sed iam sen
sim ad primordia nostra reuertimur nisi forte unde
decesseramus oblitus es **Fran.** Obluisci ceperā. sed
incipio recordari. **Augu.** Id agere tecum instituerā
ut ostenderem ad euadendum huius uite mortalita
tis angustias: attollendoq̃ sese alcius. primum uelu
ti gradum obtinere meditationē mortis humaneq̃
miserie. secundū vero desiderium uehemens: studiū
q̃ surgendi q̃bus ex actis ad id quo nostra suspirat ī
tencio: ascensum facilem pollicebar. Nisi tibi forte
nunc etiam cōtrarium uideret̃ **Fran.** Contrariū ne
qdem uideri dicere non ausim: ea nanq̃ de te ab ado
lescencia mea mecum creuit opinio: ut si quid aliter
uisum fuerit quam tibi aberrasse me nouerim **Augu.**
Cessent oro blandicie. at quoniam: non tam iudicio:
quam reuerencia assensum dictis meis prebuisse te
uideo: loquendi tibi quicqd ex arbitrio tuo fuerit li
bertas dat̃ **Fran.** Trepidus quidem adhuc. sed licē
cia tua uti uelim: atq̃ ut de reliquis hominibus sile
am: testis est mihi hic: qui cunctis actibus meis sem
per interfuit. testis tu quoq̃ quociens ad cōdicionis

mee miseriam mortemq; repserim. quantisq; cum la-
crimis sordes meas diluere uisus sim. uerū id quod si
ne lacrimis narrare non possum (ut uides) haec enī
frustra fuit. **H**oc igit vnum est quod me super am-
bigenda propositiois tue ueritate sollicitat. qua co-
naris astruere: neminem nisi sponte suam in miseriam
corruisse. neminem miserum esse nisi qui uelit. cui
rei cōtrarium in me tristis experior. **Augu.** Vetus
est hec & nunquam finem habitura querimonia. at
q; licet idem ne quid quidem sepe temptauerim ad
huc inculcare non desinam: nec fieri miserum: nec ef-
se: qui nolit. **S**ed est (ut dicere ceperam) inanis ho-
minum peruersa quedam & pestilens libido: seipsum
fallendi: quo nihil potest esse funestius in uita. si enī
familiarium dolos iure pertimescitis. propterea q; &
fallentium auctoritatis remedium preriperit: cau-
tele & aures nostras assidue: uox eorū blanda circū-
sonat. quorum utrumq; in aliis cessare uideat: quāto
magis proprias fraudes formidare deberetis. ubi &
amor: & auctoritas: & familiaritas ingens est: q; se
quisq; plus estimet quam ualet: plus diligat quam
oportet. nunq; preterea deceptus a deceptore sepe
revertitur. **Fran.** Sepe hiis uerbis hodie usus es. **A**t ego
meipsum nunquam (q; meminere) defelli: utinam
non me alii defellissent. **Augu.** Nunc te maxime fal-
lis: cum nunquam teipsum defelisse gloriaris. nec tam
tenuis tue indolis spes est mihi quia si animum acri-
ter intenderis: per teipsum uideas: neminem in mi-
seriam nisi sponte corruere. **S**uper hoc enim altrica-
cio nostra fundata est. **D**ic enī oro te: sed cogita pri-
usquam respondeas: atq; id animum indue: non con-
tencionis sed ueritatis audum: dic mihi quem ho-
minum putas peccasse coactum. cum uelint sapien-
tes peccatum esse uoluntariam actionem. usq; adeo:

ut si uoluntas desit: desinat esse peccatum. sine pec-
cato autem nemo fit miser. quod mihi iam superius
concessisti. **Fran.** Video me nuper paulatim de pro-
posito excidere: & fateri cogor quod initium miserie mee
ex proprio processit arbitrio. hec in me sentio: in ali-
isq; conicio. modo tu mihi quod uerum fatearis. **Augu.**
Quid me fateri postulas. **Fran.** Ut sicut uerum est ne-
minem nisi sponte corruere: sic illud etiam uerum sit
innumerabiles sponte prolapsos: non sua tamen spo-
te iacere quod de me ipso fidenter affirmem. Idque dic-
tum mihi arbitror in penam: ut quia stare dum pos-
sem nolui: assurgere nequeam dum velim. **Au.** quam
quam haud prorsus delirantis opinio ista sit: postquam
te tamen in primo errasse cognoscis: idem in secundo
fatearis oportebit. **Fran.** cadere igitur & iacere unum
atque idem esse diffinis. **Aug.** Imouero diuersa nolui-
se: tamen & velle: et si in tempore differunt: in re tamen
ipsa: inque animo volentis unum sunt. **Fran.** Sentio quod
me nexibus inuoluis: nec tamen forcior luctator est qui
arte sibi victoriam quesit: sed profecto versucior. **Au.**
**Coram ueritate loquimur: cui simplicitas omnis ami-
ca est: caliditas inimica. quod ut clare videas. cum quoniam
talibus deinceps simplicitate precedamus.** **Fran.** Ni-
hil possum audire iucundius. dic ergo quomodo de
me ipso mencio fuerat: qua nam ratione mihi mon-
straueris hoc quod miser sum. id enim me esse non inficior.
**Nunc etiam mee voluntatis existere: cum ego con-
tra sententiam: nil me perpeti molestius: nil magis ad-
uersum proprie voluntati. sed ultra non ualeo.** **Aug.**
**Modo conuenta seruentur: ostendam aliis tibi verbis
utendum fore.** **Fran.** Quae nam conuenta memoras:
quibusue admones utendum verbis. **Augu.** Conuen-
ta sunt ut fallaciae laqueis reiectis: circa veritatis
studium pura cum simplicitate versetur. verba ue-

ro quibus te uti uelim hec sunt. ut ubi te non posse
dixisti. ultra te nolle fatearis. **Fran.** Nunquam erit
finis: nunquam enim hoc fatebor: scio quidem & tu tes-
tis es mihi: quociens volui non potui. quot lacrimas
fudi nec profuerunt. **Augu.** Lacrimarum tibi testis sum
multarum voluntatis uero minime. **Fran.** Per supe-
rum fidem. **Augu.** hominem enim scire neminem puto. Quid
ego passus sum quantumque voluerim si licuisset assur-
gere. **Augu.** Sile: prius celum tellusque miscebitur: pri-
us astra concident a neruo: & amica nunc inuicem ele-
menta pugnabunt: quam hec que inter nos diiudicat
falli queat. **Fran.** Quid ais igitur? **Augu.** Lacrimas
tibi sepe conscientiam extorsisse: sed propositum non
mutasse. **Fran.** Quociens dixi me ulterius nequisse
Augu. Quociensque respondi: imo verius noluisse: nec
tamen admiror te in his nunc ambagibus obuolutum
in quibus olim ego ipse iactatus: dum nouam uitae ui-
am carpere meditarer. Capillum vultu: frontem per-
cussis: digitosque contorsis. denique comploris genua mani-
bus amplexus: amarissimis suspiriis: celum aurasque
compleui. largisque gemitibus solum omne madefe-
ci. & tamen hec inter: idem ille qui fueram: mansi.
donec alta tandem meditatio omnem miseriam me-
am ante oculos congeffit. Itaque postquam plene volui illi-
co & potui. miraculo & felicissima celeritate trans-
formatus sum in alterum augustinum. cuius historie
seriem (ni fallor) ex confessionibus meis nosti. **Fran.**
Noui eadem illiusque ficus salutaris: cuius hoc sub
umbra contigit miraculum: immemor esse non pos-
sum. **Augu.** Recte quidem. nec enim mirtus vlla nec
bedera: denique nec dilecta (ut aiunt) prebebo laurea:
quauis ad hanc poetarum chorus omnis afficiat tuque
ante alios qui solus etatis tue contextam eius frondi-
bus coronam gestare meruisti. gravior debet esse ani-

mo tuo: tandem aliquādo in portum ex tam multis
tempestatibus reuertenti: quam ficus illius recorda-
cio: per quam tibi correctio & uenie spes certa pre-
tendit. **Fran.** Nihil aduersor: sed inceptum perage.

Augu. Hoc inceperam: ad hoc psequor: contigisse ti-
bi hacten⁹ quod multis: quibus dici potest versus vir-
gili. **Mens immota manet: lacrimę uoluunt inanes.**

 **V**erum ego & si multa cōgerere poteram: vnico ta-
men eoq; domestico exemplo contētus fui. **Fran.** Cō-
sulte, neq; enī aut pluribus res egebat: aut aliud qđ
libet in pectus hoc pfundius descendisset. eo prefer-
tim: quia licet p maximis interuallis quanta inter
naufragium: & portus tuta tuente, interq; felicē &
miserum esse solent: quale tamen inter pcellas me-
as fluctuacionis tue uestigium recognosco. **Ex** quo
fit vt quociens cōfessionum tuarum libros lego: in-
ter duos contrarios affectus: spem uidelicet & me-
tum, licet non sine lacrimis interdum legere me ar-
bitror: non alienam sed proprie mee peregrinacōnis
historiam. **Deinceps** autē quoniam omne studiū cō-
tencionis abieci: vt libuerit perge: sequi enim nō ob-
stare disposui. **Aug.** Haud hoc postulo. **Sicut** enim
vt doctissimus quidam ait. **Nimium** altricando ve-
ritas amittitur, sic ad uerum multos sepe perducit
modesta cōtencio. **Neq;** igit quoniā pigri & torpen-
tis ingenii mos est passim omnibus acq̃uissē conue-
nit nec rursus aperte veritati studiosius obluētari:
quod clarum litigiose mentis iudiciū est. **Fran.** Intel-
ligo & laudo: & consilio utar: pge modo. **Augu.** **R**e-
cognoscis ne igit veram illam fuisse sententiam gra-
duumq; progressum: vt miseriarū suarum perfecta
cognicio perfectum desiderium pariat assurgēdi de-
siderium potencia obsequatur. **Fran.** Iam in animū
induxi nihil tibi non credere. **Augu.** **S**encio aliquid

eciam nunc restare : quod vel licet fare : aie quicqd
id est **Fran.** Nil aliud nisi qd ipe mecum obstupeo no
luisse hactenus qd vnum semper uoluisse credidera.
Augu. Adhuc hesitas atq; ut his iam tandem sermo
nibus finis sit fateor & ipse te uoluisse nonnunquam.
Fran. Quid ergo dixisti **Augu.** An non succurrit il
lud **Quidii.** Velle parum cupias: vt re potiaris oport
ret **Fran.** Intelligo: sed & desiderasse putabam **Au.**
Fallebaris **Fran.** Credo **Augu.** Vt certus credas co
scienciam ipse tuam consule. Illa optima virtutis in
terpres. Illa infallibilis & uerax est: operum cogita
tionumq; pensatrix. Illa tibi dicet: nunquam te ad sa
lutem (qua decuit) aspirasse. sed tepidius remissius
q; quam periculorum tantorum consideracio require
bat **Fran.** Cepi quam iubes conscienciam excutere
Augu. Quid illic inuenisti **Fran.** Vera esse qua dicis
Augu. Profecimus aliquantulum: si incipis expergi
sci iam melius tibi erit. si quam male olim erat agno
ueris **Fran.** Si hoc vel nosce satis est. non tantum be
ne sed optime mihi propediem esse posse confido. ni
hil enim unquam clarius intellexi. quam nunquam
me satis ardentem optasse libertatem & miseriaru fi
nem. nunqd autem post hoc optasse sufficiat **Augu.**
Quid eni **Fran.** Vt nihil amplius agam **Augu.** Im
possibile proponis condicōem: vt qui quod cupit ar
denter cupit obdormiat **Fran.** Quid igit ipm opta
re profuit **Augu.** Nempe per medias difficultates
iter pandet: ad hoc ipm p se virtutis desideriu pars
est magna virtutis **Fran.** Magne mihi spei materia
pbuisti **Augu.** Id circo te alloquor vt & sperare do
ceam & timere **Fran.** Timere quo na modos **Augu.**
Imo vero qualiter sperare **Fran.** Quia cum hacten9
non mediocre studium gesserim ne pessimus forem.
tu mihi viam aperis qua optimus fiam **Aug.** Ad qd

id iter laboriosū sit fortasse non cogitas **Fran.** Quid
nouī terroris ingeminas **Augu.** Quia hocipm opta-
re verbum vnum est: secundum quod innumerabili-
bus consistat ex rebus **Fran.** Terrificas **Augu.** At
qui vt ea fileam ex quibus desiderū istud cōstat. q̄
multa sunt: ex quorum euerfione cōficiē **Fran.** Quid
dicere velis nō intelligo **Augu.** Nulli potest deside-
rium hoc absolute contingere: nisi qui aliis omnibus
desideriis finem fecit. Iam intelligis quam multa &
varia sūt que optantur in vita que prius tibi omnia
vilipendēda sunt. vt sic ad cōcupiscēciam summe fe-
licitatis ascendas quam profecto minus amat qui se
cum aliquid amat: quod non propter ipsum amat.
Fran. Agnosco sententiam **Augu.** Quotus ergo fu-
erit qui omnes cupiditates extinxerit: quas ne dicā
extinguere sed vlt̄ enūmerare longū sit: q̄ animo suo
frenum rationis admouerit. qui dicere audeat: nihil
mibi iam cōmūne cum corpore que videntur cuncta
sordescunt: ad feliciora suspiro **Fran.** Rarissimū ge-
nus hominum: & nunc difficultatem quam cōmina-
baris intelligo **Augu.** His nempe cessantibus desi-
derium illud plenum expeditumq̄ erit. Necessē est
enim vt quantum animus ad celum propria nobili-
tate subuehiē: tantum mole corporea & terrenis p̄-
grauetur illecebris. Ita dum ascendere & in imis p̄-
manere cupitis: neutrū impletis in alterna distracti
Fran. Quid igit̄ censes esse faciendū vt integer ani-
mus discussis terre compedibz tollatur ad superna.
Augu. Ad hunc terminum profecto meditatio illa
producit quam primo loco nominaueram: cum mor-
talitatis nostre recordacione continua **Fran.** Nisi et
hic fallor nullus hominum crebrius in has reuoluit̄
curas **Augu.** Noua lis laborq̄ alius **Fran.** Quid er-
go ne eciam hic mencior **Augu.** Urbanus loqui ve

Iam **Fran.** Hanc tamen sententiam **Augu.** Certe nō
 aliam **Fran.** Ergo ego de morte non cogito **Augu.**
 Per raro quidem idq; tam segniter: & i calamitatis
 tue fundum: cogitatio ipsa non penetret **Fran.** Con
 tra credideram **Augu.** Non quidem credideris: sed
 quid credere debueras attende **Fran.** Nunquā post
 hoc me crediturū scito. si & hoc falso credidisse mō
 straueris **Augu.** Monstrabo perfacile: modo bona
 fide verum confiteri in animum inducas: vtar i hac
 re teste etiam non longinquo **Fran.** Quo nā queso?
Augu. Consciencia tua **Fran.** Illa contrarium dicit.
Augu. Vbi confusa preit interrogacio certū respon
 dentis testimonium esse vix potest **Fran.** Quid ad
 rem? **Augu.** Multum sane q; vt clare prouideas ad
 uerte. nemo tam demens est nisi sit idem prorsus in
 sanus: cui non interdum condicio proprie fragilita
 tis occurrat: qui nō si interrogetur respondeat se ef
 se mortalem & caducum habitare corpusculum. Id
 enī & membroꝝ dolor & febrium temptamenta te
 stantur: a quibus prorsus immunem vitam degere.
 Que nam dei vnquam indulgencia prestatit. Adde
 q; & ex funeribus amicorum: quæ assidue pter ocu
 los vestros eunt: spectantium animis terror incutiē
 quia dum equeuum quisq; comitatur ad sepulcrum
 necesse est ipse etiam ad alieni casus precipiciū con
 tremiscat: & de se incipiat esse sollicitus. Sicut vbi
 flagrantia viciorum tecta conspexeris de tuis secu
 rius esse non potes: quoniam vt ait & **Flaccus.** Ad
 te post paulum ventura pericula cernis. Eo autem
 vehemencius mouebitur qui iuniorem: qui validio
 rem: formosiorēq; videat repentina morte subtrac
 tum: sese ante circumspiciet & dicet. Securius hic
 habitare videbatur: & tamen eiectus est. Nec etas
 profuit: nec forma: nec robor mihi securitatē quis

spopondit deus ne magus ne mortalis sum profecto
Quod si hoc idem imperatoribus regibusque terrarum:
si egregiis formidatisque personis euenerit: multo etiam
acrius concucient astantes. quoniam qui alios ster-
nere solitum norant: subito inde aut paucarum for-
tassis horarum anxietate prostratum. **V**nde enim ni-
si ex hoc forte procedunt illa quae in mortibus summo-
rum hominum stupentes faciunt populi. qualia mul-
ta (vt te tantisper ad historias reuocem) in funere
Iulii caesaris meministi. **N**oc est illud commune specta-
culum quod mortalium oculos & corda perstringit
fatigue sui memoriam ingerit aliena cernentibus. **A**c-
cedit belluarum furor: atque hominum: rabiesque bello-
rum. **A**ccedunt & magnae edium ruine. quas be-
ne quidem ait tutelam hominum fuisse: nunc esse pe-
riculum. **A**ccedunt sinistro sidere motus aerei: & ce-
li pestilentis afflatus: & tot terre marisque discrimi-
na: quibus vndique circūsepti non potestis oculos auer-
tere: vbi non eis occurat proprie mortalitatis effigi-
es. **F**ran. Indulge queso: amplius expectare non pos-
sum. nihil enim ad confirmandum rationem meam dici-
reor efficacius: quam tu multa dixisti: ego ipse inter
audiendum mirabar quid tua vellet oratio: aut vbi
desineret. **A**ugu. Nondum quippe desierat: tu eam
precidisti. **H**ec enim conclusio restabat quanquam
multa velut ancilla circumstent: nil tamen ad interio-
ra penetrare durans: longa consuetudine pectoribus
miserorum vetustoque velut calle salutiferis admoni-
cionibus resistente: paucos inuenies satis profunde
cogitantes sibi esse necessario moriendum. **F**ran. Pau-
cis ergo diffinicio hominis nota est: quae tamen om-
nibus in scholis tam crebro repetitur: vt nedum audito-
rum aures fatigasse. sed ipsas edificiorum colum-
nas iam pridem muniuisse debuerit. Ista quidem di-

10

7

aleticorū garrulitas nullum finem habitura. & diffinitionem huiusmodi compendiis scatet : & immortalium litigiorum materia gloriatur. **P**lerunq; autem quid ipm verum sit quod locuntur ignorant. Itaq; si quem ex eo grege de diffinitione non tantū hominis sed rei alterius interrogas: parata respōsio est. **S**i vltra p̄grediare silencium fiet: aut si assiduitas differendi verborum copiam audaciamq; pepererit: mores tamen loquentis ostendent veram sibi rei diffinite noticiam non adesse. contra hoc tam fastidiose negligens: tamq; super vacuo curiosum genus hominum iuvat inuehi. **Q**uid semper frustra laboratis: ha miseri: & inanibus tendiculis exercetis ingenium. quid obliti rerum inter verba senescitis: atq; inter pueriles ineptias: albicantibus comis: & rugosa fronte versamini: vobis vtinam solis vestra noceret insania. & non nobilissima scēpe adolescentū ingenia corrupisset. **Augu.** Contra id fateor studiorum mōstrum: nihil satis mordaciter dici potest. tu tamen interea dicendi studio euectus: q; diffinitione hominis inceperas obmisisti. **Fran.** Habunde dictum rebar. sed agam expressius hominē quidem esse animal. imo vero animalium principem cunctorum. nemo tam durus pastor inuenitur vt nesciat nemo cur si interrogetur aut rationale animal aut mortale negauerit. Itaq; omnib; diffinicio nota est. **Augu.** Imo vero perpaucis. **Fran.** Quid ergo si quē videris adeo ratione pollentem: vt secundum eam vitam suam instituerit ut sibi soli subiecerit appetitus: vt illi9 freno motus animi coherceat: vt intelligat sese per illā tantum a brutorum animantium feritatem distinguui. nec nisi quatenus ratione degit: nomen hoc ipsum hominis mereri. **Augu.** Adeo primo mortalitatis sue consciū: vt eam quotidie ante oculos habeat. p

eam seipsum tempet: & hec peritura despiciens: ad
illam vitam suspiret: ubi ratione superauctus: desi-
net esse mortalis. hanc tandem ueram de diffiniciónē
hominis atq; utilem sententiam habere dicito huius
ultimi. quoniam de eo nobis sermo erat dicebā pau-
cos cognitionem aut meditacōem idoneam fortitos.
Fran. Ego me hactenus ex paucis rebar. **Augu.** Et
ego quidem nō ambigo tibi tam multa per omnem
uitam: experientia magistra: tam multa ex libroꝝ
lectione repetenti: crebras cogitationes mortis oc-
currere. **Sed** quæ nec satis alte descendant nec satis
tenaciter hereant. **Fran.** Quid uocas alte descendere
et si met intelligere mihi videar: cupio ex te clarius
audire. **Augu.** Dicam quamuis iam vulgo persua-
sum sit: atq; etiam e medio grege philosophorū cla-
rissimi testes accesserunt, mortem inter tremenda
principium possidere. usq; adeo ut iam pridem nomē
ipsum mortis auditu tetrum atq; asperum videat.
Ne tamen vel similia hec summis auribus excepta:
vel rei ipsius recordacio compēdiosa sufficiat. immo
rari diucius oportet. atq; acerrima meditatione sin-
gula morientium membra percurrere: & extremis
quidem iam algentibus media terreri: & in summo
oportuno sudore defluere. ilia pulsari: vitalem spiri-
tum mortis vicinitate lentescere. ad hec defossos na-
tantesq; oculos: obtuitum lacrimosum: contractā frō-
tem liuentemq; labentes genas: lucidos dentes: ru-
gentes atq; acutos nares: spumancia labia: torpentē
squamosamq; linguam: aridum palatum: fatigatū
caput: anhelum pectus: raucum murmur: & mesta
suspiria: odorem totius corporis molestū: precipue
q; alienati vultus horrorē. quæ omnia facilius ac ue-
lut in promptu & ad manum collocata succurrent.
Si cui familiariter obseruari ceperit memorandum

7.
aliquod conspecte mortis exemplum. **T**enacior enī
esse solet visorum quam auditorū recordatio. **Q**uam
ob causam non sine alto consilio in quibusdam religi-
onibus atq; sanctissimis: vsq; eciam ad hanc etatem:
quæ bonis moribus inimica est: illa consuetudo per-
durat. q; ad cernenda corpora defunctorū: dum lauā-
tur preparanturq; sepulture: eiusdem rigidi propo-
siti professores intersint: vt scilicet triste miserandū
q; spectaculum oculis subiectum: & memoriam sem-
per admoneat: & animos superstitū ab omni spe mū-
di fugatis exterreat. **H**oc est igit quod satis alte de-
scendere dicebam. nondum forte consuetudinis cau-
sa mortem nominatis. dum nil morte cercius: nil ho-
ra mortis incercius. ceteraq; hui9 generis vsu quot-
tidiani sermonis iteratis: preteruolant enim illa non
insident. **Fran.** Assencior eo facilius quia multa que
mecum tacitus agere soleo. nunc te loquente recog-
nosco. **S**ignum tamen aliquod memorie mee si vide-
tur imprime. quo admonitus post hoc de me: ipe mi-
hi non menciar. nec erroribus meis inter blādiar. **I**d
enim est (ut uideo) q; mentes hominum calle uirtu-
tis auertit: dum metam apprehendisse rate vltari9
nō aspirant. **Augu.** Libens hec audio ex te. neq; enī
ociosi & a casu pendentis: sed multa circūspicientis
animi verba sunt. **S**ignum igit quo nunquam falla-
ris accipe. **S**i quociēs de morte cogitabis: loco nō mo-
ueberis. scito te uelut de rebus ceteris inutiliter co-
gitasse. **A**t si in ipso cogitatu obrigueris: contremu-
eris: expallueris: tibiq; iam huic laborare visus fue-
ris: medias inter mortis angustias. si cum hoc & il-
lud occurrat: animam illiciet vt ex his membris exi-
erit sistendam in eterno iudicio tocius vite preteri-
te: actuumq; & verborum rationem exactissimā sū-
mam esse reddendā. nullam deniq; in forma corpis

aut in mundi gloria: nullam ingenio eloquentiā: nul-
lam in opibus aut potencia spem habendam. nec cor-
rumpi posse: nec falli iudicem: nec placari mortē ip-
sam: laborum non finem esse sed transitū. **H**ec inter
mille suppliciorum: mille tortorum genera: & stridor
& gemitus: auri & sulphurei: amnes & tenebre:
& vltices furie: postremo aduersa simul orbi
pallentis immauitas: quæ ue his omnibus preponde-
rant malis. Infelix sine fine perpetuitas: termināde
q̃ calamitatis desperacio: et ieternum mansura. Nō
iam amplius miserātis ira dei: si hec omnia simul an-
te oculos uenerint. non vt ficta: s̃ vt vera. non vt pos-
sibilia: sed vt necessaria: inuitabiliterq̃ ventura. &
pene iam presēcia. Inq̃ his curis nō preteriens: nec
desperans: sed spei plenus. **Q**ui dei dextra potēs p̃m-
taq̃ sit ex tantis malis eruere tu modo te curabilem
prebeas: surgendiq̃ auidus. & propositi tenax: assiduus
versaberis: n̄ frustra te meditatū esse confide.
Fran. **G**rauius me (fateor) tantis ante oculos coa-
ceruatis miseriis terruisti. **S**ed sic mihi deus uenie
largus sit. vt ego per dies singulos: in has cogi-
taciones immergar. precipueq̃ noctibus cum diur-
nis curis relaxatus animus se in ipm̄ recolligit. cum
corpus hoc in morem moriencium compono. ipsam
quoq̃ mortis horam & quicquid circa eam mēs hor-
rendum reperit: intentissime mihi ipse confingo. v̄
q̃ adeo ut in agone moriendi positus: mihi videar in-
terdum tartara & (quæ narras) omnia mala conspi-
cere. eaq̃ tam grauius visione conturbor: ut exterritus
tremensq̃ consurgam. & sœpe vsq̃ ad horrorem
astancium hec in verba prorumpam. **H**eu quid ago
quid pacior: cui me exicio fortuna reseruat miserie?
Ihesu fer opem: eripe me inuicte his malis: da dexte-
ram misero: & tecum me tolle per undas. **S**ed ibo ut:

saltem placidis in morte quiescam. **M**ulta pret̃ hec
alia frenetici in morem quocunq; : uagum animum
pauentemq; tulit impetus. mecum loquor : multa q̃
cum amicis quibus illacrimans ipse nō nunquam ce-
teros ī lacrimas coegit. **L**icet utriq; post lacrimas re-
uertemur ad solita. quæ cum ita sint : quid ergo me
retinet : quid latentis obstaculi est : ut nunc vsque
nil ista mihi cogitatio preter molestias terroresq; pe-
pererit. ego autem idem sim adhuc qui fuerā prius
q̃q; hi sunt quibus forte nunquam tale aliquod con-
tigit in vita : eoq; miserior quo illi quisq; sit futurus
exitus : presentibus saltem uoluptatibus delectant̃.
mihi vero & finis incertus sit : & nulla uoluptas : ni-
si talibus amaritudinibus respersa proueniat. **Augu.**
Noli precor : ubi gaudendum est dolere : peccator
enī quo maiorem voluptatem et titillationem perci-
pit : & sceleribus suis. eo miserior calamitosiorq; iudi-
candus est. **Fran.** Forte ideo : quia nunquam ad vir-
tutis semitam reflectit̃ : quem nusquam interrupta
voluptas sui raptat immemorē. **Q**ui vero inter car-
nis illecebras & blandimenta fortune durum aliqd
experitur : tociens condicionis sue meminit : quociēs
illum delectatio preceps & inconsulta destituit. **Q**
si vnus esset amboꝝ finis non intelligo : cur non feli-
cior dici possit qui nunc gaudet : doliturus in poste-
rum : quam qui nec sentit ī presens gaudium : nec ex-
pectat : nisi te forte moueat : q̃ in fine risus sit luct⁹
acerbior. **Augu.** Illud magis quoniam freno racōis
abiecto (qđ quidē prorsus in illa suprema volupta-
te deserit) grauior casus est : quam eodem vel tenui-
ter retento ex pari precipicio corruentis. **A**nte om-
nia tamen illud a te prius dictum attendo. q̃ de al-
terius sperandum : de alterius conuersatione despe-
randū est. **Fran.** Istud quidem sic esse considero : sed

tu interim nunquid non prime questionis oblit⁹ es?
Augu. Cuius **Fran.** Quid est quod me retinet hic
enī quesieram cur mihi vni cogitatio mortis intē
sa non profuit: quam miris modis fructuosam dicis
Augu. Primum quippe: quia de longinquo forsitan
illa consideras. quæ tamen propter breuissime uite
cursum: tum propter incertos et varios casus: longi
qua esse non possunt. **O**mnes enī forme in hoc fallū
tur (vt ait cicero) q̄ mortem prospicimus. quē tex
tum correctores quidā **C**at verius corruptores im
mutare voluerunt. negacionem verbo preponentes.
& mortem non prospicimus dicendum esse firman
tes. **C**eterum qui mortem non omnino non aspiciat
sani capitis nullus inuenitur: re autem vera prospi
cere procul aspicere est. quod vnum super cogitandi
morte multos illudit: dum illam viuendi metam si
bi quisq; proposuit. **A**d quam si peruenire possit p
naturam: tamen paucissimi peruenerunt. **F**ere enim
nullus moriē cui non conueniat poeticum illud. **C**a
niciemq; sibi & longos promiserat annos. **H**oc noce
re tibi potuit. **N**am & etas & cōplexionis vigor &
uite modestioris obseruancia hanc tibi spem fortas
se prebuerunt. **Fran.** Noli queso de me talia suspica
ri auertat deus hanc insaniam me ue huic confidere
monstro quod apud **V**irgilium famosissim⁹ ille ma
gister maris ait **E**t ego in mari magno seuoq; ac tur
bido iactatus: tremulam cimbam fatiscentemq; &
ruinosam ventis obluctantibus: per timidos flatus
ago: haud diu durare non posse. **C**erte scio: nullam
spem salutis superesse mihi video: nisi miserator om
nipotens prebeat. vt gubernaculum summa vi flec
tens: antequam peream: litus apprehendam: qui in
pelago vixerim: moriturus in portu. **H**uic opinioni
debeat: quod opum: magneq; potencie desiderio. q̄

multos non modo coetaneos meos: sed longenos ho-
mines. & cōmunem viuendi modum supergressos.
exestuarē vidimus: nūquam arsisse me recolo. **Q**uis
enim furor est omnem etatem ī laboribus & in pau-
pertate transducere. vt inter tot curis coaceruādas
diuicias statim moriar? **S**ic itaq; de his formidulo-
sis rebus cogito nō vt longe distantibus: sed mox af-
futuris iamiamq; presentibus. **N**ec dum de memo-
ria mea excessit versiculus quidam: quem adhuc ad
modum iuuenis scripsi: inter multa quæ ad amicum
scripsi hec in finem subiungens. **L**oquimur dum ta-
lia forsan innumeris properata viis: in limine mors
est. **Q**uod si tunc dicere potui quid modo dicam: &
experimento rerum & etate prouectior? quicqd ui-
deo. quicquid audio: quicqd sentio: quicquid cogito
ad hoc vnum refero: q; si in hac cogitatione non fal-
lor: ad hec questio illa super est. quid ergo me reti-
net? **Augu.** Humiles deo grācias age: qui te tam sa-
lubribus habenis frenare: stimulisq; tam pungenti-
bus sollicitare dignatur. **V**ix enim possibile fuit: vt
quem cogitatio mortis habet: tam quottidiana: tā
presens: hunc mors eterna contingat. **S**ed quoniam
deesse aliquid tibi sentis: nec immerito: quid illud
sit aperire temptabor: vt eo (si deus fauerit) amoto:
in cogitationes tuas totus assurgens: quo adhuc p-
meris uetustum seruitutis iugum possis excutere.
Fran. **V**tinam id tibi contingat efficere: & ego tāti
muneris capax inueniar. **Augu.** Inuenire si voles ne
q; enim res impossibilis est. **S**ed in actibus humanis
duo versant: quorum si deest alterum prepedire con-
stat effectum. voluntas igit; presto sit: eaq; tam ue-
hemens vt merito desiderii vocabulū sorciat. **Fran.**
Ita fiet. **Augu.** **S**cis qd cogitationi tui officiat. **Fran.**
Hoc est quod peto: hoc est quod tanto tempore desi-

dero. **A**ugu. Audi ergo animam quidem tuam sic ce-
litus bene institutam esse: non negauerim sic ex con-
tagione corporis huius: ubi circumsepta est multū
a primeua nobilitate sua: degenerasse non dubites.
Nec degenerasse dū taxat se longo iam tractatu tē-
poris obtorpuisse. factum uelud proprie originis ac
superni conditoris immemorem. Nempe passiones
ex corporea conmixtione subortas: obliuionemq; na-
ture nobilioris diuinitus videtur attigisse. **V**irgili⁹
vbi ait. *igneus est illis vigor & celestis origo.* **S**eni-
bus quantum non noxia corpora tardant. **T**erreniq;
hebetant artus moribundaq; membra. **H**inc metuūt
cupiuntq; dolent gaudēt neq; auras: **R**espiciūt clau-
se tenebris et carcere ceco. **D**iscernis ne in verbis po-
eticis quadriceps illud monstrum nature hominum
tam aduersū **F**ran. **D**iscerno clarissime quadriper-
titam animi passionem: que primum quidem ex pre-
sentis futuriq; temporis respectu: in duas scinditur
partes. rursus quelibet in duas alias: ex boni maliq;
opinione subdistinguit. Ita quatuor velud flatib; ad-
uersus humanarū mencium tranquillitas parit. **A**u-
rite discernis: atq; verificatum est in nobis illud apo-
stolicum. **C**orpus quod corrumpit aggrauat animā:
& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogi-
tantem. **C**onglobantur siquidem species innumere:
& imagines rerum visibilium. quæ corporeis intro-
gressæ sensibus. postq; singulariter admissæ sunt: ca-
teruatim in anime penetrabilibus densat. eamq; nec
ad ingentem: nec tam multorum difformium capa-
cem pregrauāt atq; confundunt. **H**inc pestis illa fan-
tasmatum vestros diserpens: laceransq; cogitatus
meditationibus clarificis quibus ad vnum solū sum-
mūq; limen ascenditur: iter obstruens: varietate
mortifera. **F**ran. **H**uius quidem pestis sepe alias cū

in libro de vera religione cui nihil cōstat esse repug-
nancius preclarissime meministi In quem librum nu-
per incidi a philosophorum et poetarum lectione di-
grediens. Itaq; cupidissime perlegi: haud aliter quā
qui videndi studio peregrinant a patria: vbi ignotū
famose cuiuspiam vrbis limen ingreditur: noua cap-
tus dulcedine locorum, passimq; subsistens obuia q̄q;
circumspicit. **Augu.** Atqui licet aliter sonantib; ver-
bis: sicut catholice veritatis preceptorem decuit re-
peries. liber illius magna ex parte philosophicā: pre-
cipueq; platonicam ac socraticam fuisse doctrinam.
Et ne quid tibi subtraham. scito me ut opus illud in-
ciperem: vnum maxime ciceronis tui verbum idux-
isse. **A**ffuit deus incepto: vt ex paucis seminib; mes-
sis optima consurgeret. sed ad propositum reuerta-
mur. **Fran.** Vt libet pater optime. **A**nte tamen vnū
oro: ne mihi abscondas verbum id quod tam precla-
ro operi (vt ais) prebuit materiam. **Augu.** Cicero si
quidem in quodam loco: iam tunc errores temporū
perosus sic ait. Nihil animo videre poterant: ad ocu-
los omnia referebant. **M**agni autem est ingenii re-
uocare mentem a sensibus. & cogitationem a cōsue-
tudine. hec ille. **E**go autem hoc velud fundamentū
nactus: desuper illud quod tibi placuisse dicis opus
extruxi. **Fran.** Teneo locum in tusculano est. te autē
hic **C**iceronis dicto & illic & alibi in operibus tuis:
delectari solitum animaduerti. nec immerito. **E**st
enim ex eorum genere quib; cum veritate permix-
tus lepos ac maiestas inest. tu vero tandem iam vt
videtur ad propositum redi. **Augu.** **N**ec tibi pestis
nocuit: hec te nisi prouideres perditum ire festinat
Siquidem fantasmatib; suis obrutus multisq; & va-
riis: ac secum sine pace pugnātibus curis anim⁹ fra-
gilis oppressus: cui primum occurrat quam nutriet

quam perimat: quam repellat: examinare nō potest.
Vigorq̃ eius omnis: ac tempus parca quod tribuit
manus: ad tam multa non sufficit. **Q**uid igit̃ eueni-
re solet in angusto multa ferentibus: vt impediāt se
sata concursu. Idem tibi cōtingit: vt in animo nimis
occupato nihil utile radices agant, nihilq̃ fructifera
conualescat. **T**uq̃ inops consilii: modo huc: modo il-
luc: mira fluctuatione voluaris, nusquā integer: nus-
quam totus. **H**inc est vt quociens ad hanc cogitacio
nem mortis: aliasq̃ per quas iri posset ad vitam: ge-
nerosus (si sinatur) animus accessit. Inq̃ altum na-
turali descendit acumine. stare ibi non valens: turba-
curarum variarum pellente resileat. ex quo fit vt tā
salutare propositum nimia mobilitate fatiscat. ori-
q̃ illa intestina discordia: de qua multa iam dixim⁹
illaq̃ anime sibi irascentis anxietas, dum horrē for-
des suas: ipsa nec diluit uias tortuosas agnoscit: nec
desierit. impēdensq̃ periculum metuit: nec declinat.
Fran. Heu mihi misero nūc profunde manum in vul-
nus adegisti. Illic dolor meus habitat: istuc mortem
metuo. **A**ugu. Vene habes: torpor abcessit. **S**ed quo-
niam iam satis hodiernū colloquium absq̃ intermis-
sione protulimus. **R**eliquis si placet in diem proxi-
mum dilatis: nunc aliquantisper in silencio respire-
mus. **F**ran. Peroportuna quidem languori meo qui-
es & silencium.

Liber Secundus Incipit.

AUGUSTINVS. Satis ne feriatī sumus
Fran. Vt libet quidem. **A**ugu. Quid tibi
nunc animi est: quantumue fiducie? pre-
fuit enim non leue salutis iudicium: spes
languentis. **F**ran. Quid de me sperē non habeo. spes
mea deus est. **A**ugu. Sapienter. nunc ad rem redeo.
multa te obsident: multa circumstrepunt. Tuq̃ ipse
quot adhuc: aut quam validis hostibus circumsidea

79
ris ignoras. Quod igitur euenire solet condensam pro-
cul aciem cernenti: vt contemptus paucitatis hosti-
um fallat: quo vero propius accesserint: quod distric-
tius subiecte oculis cohortes effluxerunt. prestrin-
gente oculos fulgore metus crescat. & minus debi-
to timuisse peniteat. Idem tibi euenturum reor: vbi
ante oculos tuos hinc atque illinc premencia teque cir-
cumfallantia mala coniecero: pudebit te minus doli-
uisse minusue metuuisse quam decuit: parciusque mirabe-
ris: animum tam multis obsessum: per medios hosti-
um cuneos erumpere nequisse. Videbis profecto. Co-
gitatio illa salubris ad quam te nitor attollere: quot
aduersantibus cogitationibus victa sit. **Fran.** Perbor-
resco grauitur quoniam si periculum meum magnū
semper agnouī: tuque illud tantum super estimacio-
nem meam esse ais: vt respectu eius quod timere de-
bui nihil pene timuerim quid iam spei reliquum est
Augu. Vltimum malorum omnium desperatio est.
ad quam nemo umquam nisi ante tempus accessit.
Ideoque hoc in primis scias velim: nihil esse desperan-
dum. **Fran.** Sciebam. Sed memoriam terror abstule-
rat. **Augu.** Nunc ad me oculos animūque conuerte: &
vt familiarissimi tibi vatis verbo utar. Aspice que coe-
ant populi que menia clausis. Ferrum acuant portis
inte excidiumque tuorum. vide quos tibi mundus laque-
os tendit: quot inanes species circumuolāt: quod su-
peruacue premunt cure. Primum quidem vt inde i-
cium faciam. vnde ab initio creaturarum omnium:
illi nobilissimi spiritus corruerunt. tibi que ne post il-
los corruas. summo opere prouidendum est. Quā mul-
ta sunt quæ animum tuum funestis alis extollūt: &
sub insite nobilitatis obtentu tociens ex parte fragi-
litatis immemorem fatigant: occupant: circumuol-
uunt: aliud cogitare non sinunt. superbientem fiden-

temp[or]e suis viribus. & vsq[ue] ad creatoris odium placē-
tem sibi: quanquam grandia equalia tibi fingis es-
sent. **N**on in superbiam tamen: sed in humilitatem i-
ducere debuissent memorantem. nullis tuis meritis
illa tibi singularia contigisse. **Q**uid enim ne dicam
eterno: sed temporali domino obsequēciores fecerit
subiectorū animos: quam in illo spectata liberalitas
nullis suorum meritis excitata. **S**tudent enī benefac-
tis subsequi quam preuenire debuerant. **N**unc vero
facilime licebit: quam pusilla sunt: quibus superbis
intelligere fidis ingenio: & liberoꝝ lectione multo-
rum gloriaris eloquio. & forma morituri corporis
delectaris. **E**nimvero sentis ingenium in quo mul-
tis te sepe destituat. **Q**uot sunt arcium species: in q-
bus vilissimorum acumen hominum equare non po-
teris: minus dixi. **A**nimalia ignobilia & pusilla repe-
ries: quorum opera nullo studio queas mutari. **I**n nūc
& ingenio gloriare. **L**ectio autem ista quid profuit.
Ex multis enim quæ legistis: quantum est quod iha-
serit animo: quot radices egerit: quod fructum pro-
ferat tempestiuum. **E**xcute pectus tuum acriter: in-
uenies cuncta quæ nosti: si ad ignorata referantur.
Eam proporcionē obtinere: quam collatus oceano
riuulus estiuus siccādus ardoribus. quāq[ue] vel multa
nosse quid releuat. **S**i cum celi terreq[ue] ambitum. **S**i
cum maris spacium & astrorum cursus: herbarūq[ue]
virtutes: ac lapidum: & nature secreta didiceritis.
vobis estis incogniti. **S**i cum rectam virtutis ardue
semitam (scripturis ducibus) agnoueritis: obliquo
calle transuersos agit furor. **S**i cum omnis eui claro-
rum hominum gesta memineritis: quid vos quoti-
die agitis: non curatis. **D**e eloquio quid dicam: nisi
q[uod] tuipse fateberis. **S**epe te quidem eius fiducia fu-
isse delusum. **Q**uid autem attinet: audientes forsan

approbasse quæ diceret: si te iudice damnabantur.
 Quamuis enim audiencium plausus non spernendus
 eloquencie fructus esse videat. **S**i tamen ipsius ora-
 totoris plausus interior desit: quantulum volupta-
 tis prestare potest strepitus ille vulgaris. **Q**uomodo
 autem alios loquendo mulcebis: nisi te primum ipse
 permulseris. Idcirco sane nonnunquam sperata elo-
 quencie gloria frustratus es: ut facili cognosceres ar-
 gumento quam ventosa ineptia superbires. quid eni
 queso puerilius: imo vero quid infanlius: quam in tā
 ta rerum omnium incuria: tantaque segnicie verborū
 studio tempus impendere. & lippis oculis nunquam
 sua probra cernentem: tantam voluptatem ex sermo-
 ne percipere. quarundam auicularum philomenarū
 in morem. quas aiunt usque in perniciem proprii can-
 tus dulcedine delectari. **E**t hoc quidem tibi sepe cō-
 tingit in rebus quottidianis & vulgaribus. quo ma-
 gis erubesceres: quas tuo inferiores arbitrabaris elo-
 quio: eas te verbis equare nequiuisse. **Q**uam multa
 sunt autem in rerum natura quibus nominandis pro-
 prie voces desunt. quam multa preterea quæ quam
 quam suis vocabulis discernant: tamen ad eorū dig-
 nitatem verbis amplectandā ante vllam experienci-
 am sentis eloquenciam nō peruenire mortaliū. **Q**uo-
 ciens ergo te querentem audiui: quociens tacitum
 indignantemque conspexi: quod que clarissima: cogni-
 tuque facilima essent: animo cogitanti: ea nec lingua:
 nec calamus sufficienter exprimeret. **Q**ue est igitur
 ista eloquencia: tam angusta: tam fragilis: quæ nec
 cuncta complectitur: & que si fuerit complexa nō strī-
 git. **G**reci vobis: vos vicissim grecis verborū penuri-
 am soletis obicere. **S**eneca quidem illos verbis dicio-
 res estimat. **A**t **M**arcus **T**ulius ī primordio operis
 quod de bonorum & malorum finibus edidit. **E**go

inquit mirari non queo vnde hoc: si tam insolens dō-
mesticarum rerum fastidium: non est omnino hic di-
cendi locus. sed ita sentio & soepe disserui latinā lig-
uam non modo inopem: vt vulgo putarent: sed locu-
pliciorem etiam esse quam grecam. & idem tum se-
pe alias cum in tusculano suo disputans exclamauit.
O uerborum inops quibus habūdare te semper pu-
tas grecia. **D**ixit hec vir ille fidentissime: vt qui se
latine eloquencie principem sciret: audiretq; de hu-
ius rei gloria: iam tunc bellum grecie mouere: iux-
ta id quod ab eodem **Seneca** greci sermonis minato-
rie in declamationibus scriptum est. **Q**uicquid inqt-
habet romana facūdia quod insolenti grecie aut op-
ponat aut preferat: circa **Ciceronem** effloruit mag-
na laus sed sine vlla dubitatione verissima. **E**st ergo
vt vides de eloquēcie principatu: non tantum inter
uos & grecos: sed inter nostrorum etiā doctissimos
magna contencio. **I**nq; his castris est q; illis faueat si-
cut in illis forsitan qui nobis. **Q**uod de **Plutarco** il-
lustri philosopho quidam referunt. **D**eniq; **Seneca**
noster: & si **Ciceroni** deferat vt dixi: coactus maies-
tate tam predulcis eloquii. **I**n reliquis tamē grecie
palmam defert. **C**iceroni cōtrarium videtur. **S**i ve-
ro meum his de rebus iudicium expectas: vtrumq;
veridicum prenuncio. & qui greciam & qui itali-
am uerborum dixit inopem. **Q**uod si de his duabus tā
famosis regionibus recte dicitur: quid possunt spe-
rare alie. **Q**uantum tibi preterea in hac re fidēdum
viribus tuis sit: vbi tote prouincie: cuius perexigua
porciuncula es: hanc sermonis uides esse penuriam.
tecum ipse considera. pudebit tantum temporis cō-
sumsisse in eam rem: quam & assequi impossibile: &
assecutum esse vanissimum sit. vt vero iam hinc ad
alia pertractanda transgrediar: corporis huius bo-

nis extolleris: nec quæ te circumstent: deinde peri-
 cula cernis. **Q**uid autem tuo tibi placet in corpore?
 robur ne an valitudo prosperior? aut nihil inbecilli?
 fatigatio ex leuibus causis obrepens: & insult? mor-
 borum varii: & uermiculorū morsus seu leuissimus
 afflatus: atq; huius generis multa confirmant. **A**n
 forme forsan fulgore deciperis: & proprii vultus co-
 lorem seu liniamenta conspiciens: habes cui inbies.
 quod mireris: quod mulceat: quod delectet. **N**eq; te
Narcissi terruit fabula: nec quid esses: introrsus vi-
 lis consideratio corporee fedditatis admonuit. exteri-
 oris cutis contentus aspectu: oculosq; mentis vltra
 non porrigis. atqui huius quoq; caducum fore pre-
 cipitēq; flosculum. **E**t si alia quæ innumerabilia sūt
 argumenta cessarent: ipse tibi etatis inquietus cur-
 sus: per singulos aliquid decerpens: dies luce clari?
 ostendere debuisset. & si forte (quod dicere non au-
 debis) aduersus etatem & morbos cetera formam
 corporis alterancia tibi ipse videreris indomitus. ac
 illius saltem cuncta subruentis: extremi non decuit
 obliuisci. fixumq; alta sub mēte geri debuit illud sa-
 tiricum. **M**ors sola fatetur quantula sint hominum
 corpuscula. hec (ni fallor) sunt qui te superbis flati-
 bus elatum: humilitatem condicionis tue considera-
 re prohibent: mortisq; reminisci. **S**unt & alia que iā
 hinc exequi fert animus. **F**ran. **S**ubsiste paululum q̄
 so: ne tanta mole rerum obrutus nequeam responsu-
 rus surgere. **A**ugu. **D**ic age: subsistam libens. **F**ran.
 In admiracionem me non modicam coegisti. multa
 mihi obiciens: quæ nunquam in animum meum de-
 scendisse sum conscius. me ue visum eius ingenio: ac
 profecto nullum ingenioli mei signum est: nisi hoc
 vnum: nullam me in eo posuisse fiduciam. ego ne li-
 brorum ex lectione superbior fiam: que mihi sicut

sciencie modicum inuexit: sic curarum materiã mul-
tarum. **A**n ligue gloriam sectatus dicor? qui vt tu
ipse memorasti. nihil magis indigner: quam concep-
tibus illam meis non posse sufficere: nisi temptandi
propositum tibi sit: scis me paruitatis mee mihi con-
scium semper fuisse. & si quid forte mihi visus sum
potuit hoc interdum aliene ruditatis consideracõne
contingere. **E**o enĩ q̃ sepe dicere soleo peruentũ est.
vt iuxta vulgatum **C**iceronis dictum: potius aliorũ
inbecillitate quam nostra virtute valeam? quid au-
tem et si habunde contigissent ista que narras. quid
mihi tam magnificum contulissent vt hinc superbiẽ-
dum foret. non sum tam meipsum immemor: neq̃ tã
leuis: ut his me aurem agitando prebeam. quan-
tulum enĩ: vel ingenium: vel sciencia: uel eloquencia
profuerit: nullum lacerantibus animum morbus af-
ferens remedium. quam rem in epistola quadam me
diligentius questum fuisse cõmemini. Iam quod de
corporeis bonis quasi serio dixisti: pene in risum ex-
citauit me. ne in hoc mortali & caduco corpusculo:
spem posuisse. quottidianas eius ruinas sentientem:
deus meliora fuit hec puero fateor cura pectenti ca-
pitis vultus ornandi. verum hoc cum primis annis
simul euanuit. neq̃ ipsa nunc experior illud **D**omici-
ani principis: qui in epistola ad amicam de seipso scri-
bens querensq̃ corporee pulcritudinis prerapidam
fugam. scias inquit nil graciũ decore nil breuius.
Augu. Copiose possum aduersus ista differere. ma-
lo tamen tibi cõsciencia tua quam sermo meus incu-
ciat pudorem. non agam pertinaciter neq̃ tormẽtis
verbum extorquebo. quod generosi solent vltiores:
simplici negociacione contentus. precabor: vt posse
ac omni studio declines: q̃ hactenus te nõ admisisse
contendis. **S**i quando autem vultus tui species tem

119

72

tare animum forte ceperit occurrat: qualia mox eadem futura sint membra que nunc placet: quam fedam: quam tristia: quam tibi ipsi si reuidere posses horrenda. tecumque hoc inter philosophicum illud frequenter ingemina. ad maiora sum genitus quam ut sim mancipium corporis mei. **P**rofecto enim: summa infamia est hominum sese negliencium. corpori autem & in quibus habitant membra gemencium. **S**i quis in carcerem tenebrosam atque humentem olentemque pestiferam ad breue tempus intrusus sit: nonne si non despicit intactum se: quantum possibile fuerit ab omni parietum & soli contagione seruabit. & iamiam egressurus nitentis auribus liberatoris sui expectabit aduentum. quod si his curis abiectis: cenamque & horrore carceris delibutus exire metuat. ac pingendis ordinandisque circa se menibus: omnem curam studio suo impendat. loci stillantis naturam frustra superare meditans. **N**uncquid non merito insanus videatur & miser. nempe vos carcerem vestrum & noctis & amatis. **H**ic miseri & mox vel educendi: certe vel extrahendi heretis: in eo exornando solliciti: quam odisse decuerat. **S**icut tu ipse in affrica tua **S**cipionis illius magni patrem loquentem induxisti. **O**dimus laqueos & vincula nota timemus. **L**ibertatis onus quod nunc sumus illud amamus. **P**reclare quidem: modo quod alios dicere facis: ipse tibi diceret unum verbum quod ex omni sermone tuo tibi fortassis humilimum: mihi autem arrogantissimum videtur: dissimulare non valeo. **C**icero. **D**oleo si superbe aliquid dixit si factorum dictorumue moderator est animus: nihil me arrogans dixisse ipse mihi testis est. **A**ugustinus. **M**ulto quidem importunius superbie genus est: alios deprimere quam seipsum debito magis attollere longeque maluissem ceteros magnificares te: quamque

ceteros anteferes quam calcatis omnibus ex alieno
cōtemptu superbissime tibi clipeum humilitatis as-
sumeres. **Fran.** Vt voles accipe. ego nec mihi nec ali-
is multum tribuo piget referre quid de maiore par-
te hominū sententiam expertus. **Augu.** Seipsum sper-
nere tutissimum est. alios vero periculosissimum: at-
q; vanissimum. **Sed** progrediamur ad reliqua: scis
quid te aliud auertit. **Fran.** Quicquid libuerit dici-
to: modo ne accuses inuidie. **Augu.** Vtinam non tibi
magis superbia quam inuidia nocuisset. hoc enī cri-
mine (me iudice) liber es. sed alia quedam dicturus
sum. **Fran.** Nulla me deinceps accusatione turbaue-
ris. dic ingenue quid est quod me transuersum agat.
Augu. Rerum temporalium appetit. **Fran.** Appa-
ge obsecro: nihil vnquam absurdius audiui. **Augu.**
Repente turbatus & proprie promissionis oblitus
iam inuidie mencio nulla est. **Fran.** Ast auaricie: a q̄
crimine nescio: an remocior quisquā sit. **Augu.** Mul-
tum te iustificas. sed (mihi crede) non es ab hac pe-
ste: vt tibi videris: alienus. **Fran.** Ego ne ab auaricie
labe immunis sum. **Augu.** Ne ab ambitione quidē.
Fran. Age iam vrge ingemina: accusatoris officiū
imple: quid iam noui vulneris infligere velis expec-
to. **Augu.** Proprie quidem veritatis testimoniū ac-
cusacionem & vulnus appellasti. verum est enim il-
lud **Satiricum.** Accusator erit: q̄ verum dixerit: nec
minus & Comicum id. Obsequium amicos: veritas
odium parit. **Sed** dic oro: quorsum hee sollicitudi-
nes & edentes animum cure: quid necesse erat in tā
breuibus vite spaciis: tā longas spes ordiri vite sum-
ma brevis spem nō vetat inchoare lōgam: legis sem-
per ista sed negligis. respondebis vt arbitror amico-
rum te caritate compelli. & pulcrum errori nomen
inuenies. atq; demencia quanta est: vt alteri sis ami-

cus: tibi ipsi bellum et inimicicias indicere. **Fran.** Nō
 sum tam illiberalis & inhumanus: ut non me contin-
 gat amicorum cura. eorum presertim: quos virtus
 mihi: vel meritum conciliat. sunt enim: quos suspici-
 am: quos veneror: quos amem: quosue miseriar ami-
 cos. ex aduerso autem nec adeo liberalis sum ut prop-
 ter amicos me perditum eam. **Haud** quo dixerim p-
 victu quotidiano preparare aliquid mens optat. at
 q̄ hoc studio: ut quoniam **Horacii** iaculis me petis
 horacianus clipeus me tegat. **Sit** bona librorum &
 prouise frugis in animum. **Copia** neu fluitem: dubie
 spe pendulus hore. **Et** quia propositum est mihi ut
 ait idem: nec turpem senectam degerere nec citba-
 ra carentem. **Et** multum vereor vite prolixioris in-
 sidias: longe in vtrunq̄ mihi ipse prouideo. & musa-
 rum studiis reifamiliaris curas interfero. verum id
 ago tam segniter ut euidenter appareat me coactū
 ad ista descendere. **Augu.** Intelligo quam alte ī cor-
 tuum ista penetrarint: quibus excusatio quereretur
 amencie. **Cur** autem non eq̄ **Satiricum** illud p̄cor-
 diis inbesit. **Sed** quo diuicias hic per tormenta coac-
 tas. **Cum** furor haud dubius: cum sit manifesta fre-
 nesis. **Vt** locuples moriaris egenti viuere fato. **Cre-**
 do quia preclarus estimas purpureis stratis: oblitū
 mori: sepulcro iacere marmoreo: linquere successori-
 bus de opulenta hereditate certamen. **Illasq̄** ideo q̄
 bus ista parantur diuicias cōcupiscis: superuacuius
 labor: & sic quid mihi credis insanus. **Iam** si ad con-
 munem hominum respicis naturam: nosti eam pau-
 cis esse contentam: sin ad propriam cogitando reflec-
 teris: vix natus est cui pauciora sufficerent. nisi pu-
 blicus error obstreperet ad populares mores: vel ad
 ipsius forte qui loquebatur animum respexit poeta
 dum diceret. **Victum** infelicem tellus: lapidosaq̄

corona **D**ant rami et vallis pascunt radicibus herbe.
Tibi contra fatearis oportet & nihil tali victu dulci9
nihilq; suauius: si tuis: & non insipientis vulgi legi-
bus viuas. **Q**uid ergo te crucias: si ad naturam tuā
te meteris. Iam pridē diues eras: sed ad populi plau-
sum diues esse nunquam poteris: semper aliquid re-
stabit: quod sequens per cupiditatum abrupta rapi-
aris. **M**eministi quanta cum voluptate reposco: quō-
dam rure vagabaris: & nūc herbosis pratorum cho-
ris accubans. murmur aquæ luctātis hauriebas: nūc
apertis collibus residens subiectam planiciem libe-
ro metiebaris intuitu. **N**unc in apice vallis vmbra-
culo dulci sopore correptus optato silencio frueba-
ris nunquam ociosus mente aliquid altum semp agi-
tans: & solis musis comitantibus nusquam solus. de-
niq; **V**irgiliani senis exemplo. **Q**ui regum equabat
opes animo seraq; reuertens. **N**octe domum dapibo-
mensas onerabat ineptis. sub occasum solis angustā
domum repetens: & tuis contentus bonis. nunquid
non tibi omnium mortalium longe ditissim9. & pla-
ne felicissimus videbaris. **F**ran. **H**eu mihi nunc reco-
lo: atq; illius temporis cōmemoracōe suspiro. **A**ugu.
Quid suspiras: aut quis tibi demens temporum ma-
lorum prebuit materiam? nempe animus ipse tuus
quem puduit tam diu nature sue legibus parere. q
q; frenum non fregisse credidit seruitutis: is modo
te raptat violentus: & nisi habenas contrahas preci-
pitaturus ad mortem ex quo primum cepisti ramoꝝ
tuorum bacebas fastidire. amictusq; simplicior et a-
grestium hominum sorduit conuictus. In medios vr-
bium tumultus vrgente cupiditate relapsus es: ubi
quam lete quamq; tranquille degas: frontis tue ha-
bitus & verba testantur. **Q**uid enī ibi miseriarū non
vidisti pertinacissimus aduersus infelicitē experta

& adhuc hesitas peccatoꝝ forsan illigatus nexibus
 ac paciente deo: vt vbi sub aliena ferula puericiã ex
 egisti ibidem tui iuris effectus miserabilem cõteras
 senectutem. **C**erte ego presens aderam: cum adhuc
 adolescentulum te nulla cupiditas nulla prorsus tã
 gebat ambicio cum cuiusdam magni futuri uiri spe
 cimen preferebas. **N**unc mutatis moribus infelix q̃
 magis ad terminum appropinquas: eo viatici reli
 quum conquiris & attencius. **Q**uid superest igitur
 nisi vt in die mortis quæ forte iam iuxta est: & pro
 fecto procul esse non potest: aurum siciens: calenda
 rio semiuuius incumbans. **S**iquidem quod per dies
 singulos crescit suprema die necesse est ad summum
 et augeri vetitum prouenit incrementum. **Fran.** Se
 nectutis pauperiem ante prospiciens: si fatigate eta
 ti adiumenta conquirō. quid hic tam reprebensibile
 est? **Augu.** **O** ridiculas curas insanamq; neglienciã:
 id anxie cogitare. quo vel nunquam forte peruentu
 rus: certe vel vbi breuissimo tempore permansurus
 sis. **U**lius autem obliuisci quo & peruenire necessari
 um sit: & irremeabile puenisse. **S**ed ille mos vester
 execrandus. **T**ransitoria curatis eterna negligitis.
In eo quidem quod de senili paupertate clipeum q̃
 ris: errori inhesit: credo tibi **V**irgilianum illud. atq;
 inopis metuens formica senecte. Itaq; illam tibi vite
 magistrā delegisti. excusabilior dicente **S**atirico.
Frigusq; famemq; formica tandem quidam expaue
 re magistra. ac si non tutus in formice magisterium
 abiisti. reperies nihil miserius: nihil amencius: quã
 semper pauperiem pati: nequando paciāris. quid er
 go pauperiem ne suades: optarem quidem minime
 tollerare summopere. **S**i sic res humanas miscēs for
 tuna coegerit mediocritatem sane in omni statu ex
 petendum censeo. **N**on igitur ad illorum statuta te

remoco: qui aiunt. satis est vite hominum panis: et aq
nemo adhuc pauper est: intra que quisq; desiderium
suum clausit. cum ipso ioue de felicitate contendet.
nec medium vite hominum fluium cereremq; con
stituo. **S**unt enī vt magnifice sic auribus hominum
importune pridem: odiosq; sentencie: itaq; infirmi
tati tue morem ingeram. exinanire naturam nō do
ceo sed frenare. **S**ufficiebant tua quidem vsibus ne
cessariis si tu ipse tibi suffecisses. **N**unc autem ipse q̄
pateris indigenciam peperisti. **C**umulacionem enī
opum necessitatem ac solitudinem cumulare: iam
tociens disputatum est. vt amplioribus iam non ege
at argumentis. mirus error: & miseranda cecitas: p̄
clarissime nature: ac celestis originis humanum ani
mum celestibus neglectis: metallis inbiare terrestri
bus: cogita queso acriter atq; oculos mentis intende
nec eos circumradiantis auri fulgor impediat. quo
ciens vncis auaricie tract⁹ ab altissimis curis ad hec
inferiora diuerteris. nonne de celo in terras precipi
tem corruisse: remotisq; sideribus in profundissimā
voraginem demersum te esse cognoscis. **Fran.** **C**og
nosco equidem & dici non posset quam grauiter pre
cipitatus allidor. **Augu.** **Q**uid ergo tociens expert⁹
non metuis. & cum fueris erectus ad superna nō te
naciū pedem figis. **Fran.** **N**itor quippe. **S**ed quoni
am humane condicionis concutit necessitas: inuitus
auellor. nec enī sine causa veteres poetas geminum
parnasi collem duobus diis dedicasse suspicor. **S**ed
vt ab **A**ppolline quem deum ingenii vocabāt: inter
num animi presidium. a bacho autem rerum exter
narum sufficienciam implorarent. In quam sentenci
am me non modo rerum experientia magistra: sed
crebra eciam doctissimoꝝ hominum inclinauit auc
toritas. quos tibi quidem inculcare non attinet. Ita

73
quamuis turba deorum ridiculosa sit: hec tamen va-
tum opinio haud prorsus insensata est. quā ego si ad
vnum retulerim deum a quo omnis oportuna subue-
cio est. non me delirare quidem arbitror: nisi tibi ali-
ter videatur. **Augu.** Ego ita esse non nego. sed quia
tempus tā inique paciariis indignor. **V**niuersam enī
etatem tuam honestis olim curis destinaueras. si qd
in aliis coactus expenderes. id tempus perditū iu-
dicabas. nunc vero tantum honestati tribuis: quan-
tum tibi reliquum fecit auaricie studium. **Q**uis nō
ad etatem prouectiorem peruenisse cupiat: quæ sic
consilia hominum alternat? **S**ed quis erit finis: aut
quis modus: prefige tibi metam: ad quam dum per-
ueneris subsistas: & aliquādo respices. **S**cis illud hu-
mano ore prolatum oraculi vim habere. semper ana-
rus eget: certum voto pete finem. quis autem cupi-
ditatibus tuis erit finis? **Fran.** Nec egere nec habun-
dare: nec preesse: nec subesse aliis finis ē me? **Aug.**
Humanitatem exuas oportet: et deus fias. vt tibi nō
egere contingat. **A**n ignoras ex cunctis animalibus
egentissimum esse hominem? **Fran.** Audieram sepi-
sime. sed integrare memoriam velim. **Augu.** **A**spi-
ce nudum & i formem inter vagitus & lacrimas na-
scentem: exiguo lacte solandum tremulum atq; rep-
tantem opis indignum aliene. quem muta pascunt
animācia: & vestiunt caduci animi inquieti. morbis
obsessum variis subiectum passionibus innumeris.
consilii inopem: alterna leticia & tristitia fluctuan-
tem: impotentemq; arbitrii appetitus cohibere. nes-
cium quid quantumue sibi expediat. quis cibo po-
tuitq; modus ignorantem. **C**ui alimenta corporis ce-
teris animantibus in aperto posita: multo labore cō-
quirenda sunt. quem somnus inflat: cibus distendit:
potus precipitat: vigilie extenuant: fames cōtrahit:

fitis arefacit: auidum timidumq; fastidiētem posses-
sa perdita deplorantem. & presentibus simul et pre-
teritis & futuris anxium superbientem inter mise-
rias suas & fragilitatis sibi consciū vilissimis uer-
mibus imparem. vite brevis: etatis ambigue: fati in-
euitabilis: ac mille generibus mortis expositū. Fran.
Coaceruasti miseras infinitas & egestates. vt pene-
iam me hominem natum peniteat. **Augu.** In hac tā-
ta hominum inbecillitate tantaq; penuria: tu tibi co-
piam auspicas: ac potenciam que nullis cesaribus:
nullisq; vnquam regibus perfecta contigerit. **Fran.**
Quis nam his vocabulis vsus est. quis seu copiā seu
potenciam nominauit? **Augu.** At q̄ maior copia quā
non egere que maior potencia quam nō subesse. pro-
fecto enī reges dominiq; terrarum: quos opulentis-
simos reor innumerabilibus rebus egent. **Ipsi** q̄ du-
ces exercituum quibus preesse videntur: subsunt. &
ab armatis legionibus obsessi: per quas metuuntur:
vicissim metuant oportet. **Desine** iam impossibilia
sperare: & humana sorte contentus habundare: &
egere: preesse & subesse condiscas. non his moribus
degens: fortune iugum quo colla regum premunt
excucias. quod tamē demum excidisse tibi noueris:
cum calcatis passionibus humanis: totus sub virtu-
tis imperiū accesseris. liber illic futurus: nulla egēs
re: nulli subiectus hominū. deniq; rex & vere potēs
absoluteq; felix. **Fran.** Iam piget incepti cupioq; ni-
hil cupere sed consuetudine rapior peruersa scēcioq;
inexpletum quoddā in precordiis meis semp. **Aug.**
Hoc est vt ad propositum spectet oratio. hoc ē quod
te a cognitione mortis auertit. dum terrenis sollici-
tudinibus implicitus: oculos ad alciora non erigis:
quas quidem velud pestíferas animorum sarcinas:
si quid mihi credis abicies. nec abiecisse labor mag-

nus fuerit: dummodo te ad naturam tuam composu-
 eris. eiꝫ potius quam vulgi furiis te vehendum re-
 gendumꝫ cōmiseris. **Fran.** Fiet id quidem me volē
 te. sed quod de ambitione loqui ceperas: iam pridē
 audire desidero. **Augu.** Quid a me expetis quod ti-
 bi ipse prestare potes. pectus tuum exanima. reperi-
 es inter pestes ceteras non minimum ambitionū lo-
 cum. **Fran.** Nihil ergo mihi profuit urbes fugisse:
 dum licuit populosꝫ et actꝫ publicos despexisse. sil-
 uarum recessus & silencia rura secutum. odium ven-
 tosis honoribus indixisse: adhuc ambitionis infimu-
 lor. **Augu.** Multa linqutis mortales. non quia con-
 temnitis: sed quia desperatis posse consequi. excitāt
 enī se alternis stimulis spes & desiderium vsꝫ adeo:
 vt altero frigescēte tepescat alterum: & recalente
 referueat. **Fran.** Quid oro me sperare phibeat adeo
 ne cuncte bone artēs deerant? **Augu.** De bonis arti-
 bus sileo: at ille deerant profecto: quibus hodie pre-
 sertim ad altos gradus ascenditur. ambiendi scilicet
 magnorum limina: blandiendi fallendi promittendi
 menciendi simulandi dissimulandiꝫ grauia: & idig-
 na quolibet paciendi. harum & similium egenus ar-
 cium: nec naturam vinci posse ratus: ad alia studia
 transiisti. caute quidem et prudenter. quid est enī
 aliud (vt ait **Cicero**) gigancium more pugnare cū
 diu nisi nature repugnare. **Fran.** Valeant magni ho-
 nores si his artibus acquirunt. **Augu.** Bene ais. non
 tamen prorsus in auribus meis tuam innocenciā cō-
 probasti. neꝫ enī honores te non optasse concludis.
 tam& si querendi molestiam perhorrescas. sicut nec
 romam vidisse cōtempnit quisquis viarum labore p-
 territus pedem retulit ab incepto. adde ꝫ nec pedē
 retulisti: vt tibiipse persuades. mihiꝫ persuadere ni-
 teris. neu te (vt aiunt) digito contexeris: quicquid

cogitas quicqd agis : ante oculos meos ē. & q̄ fuga
vrbium siluarumq; cupidine gloriaris . non excusa-
cionem: sed culpe imitationem arguit. **M**ultis nāq;
viis ad vnum terminum peruenit . et tu **q̄** mibi cre-
de) licet calcata vulgo deserueris viam: tamē ad
eandem quam spreuisse te dicis ambitionem : obliq;
calle contendis. ad quam ocium solitudo icuriositas
tantarum rerum humanarum atq; ista tua te perdu-
cunt studia. quorum vsq; nunc finis est gloria. **Fran.**
Ad angulum vr̄ges me. vnde possem licet subter fu-
gere. quia tamen tempus breue est: & in multa dis-
perciendum. **S**i libet progrediamur ad reliq;. **Aug.**
Sequere igit̄ ad precedentem: gule nulla sit mencio
cuius studio nullatenus teneris nisi voluptati fauēs
nōnunquam amicorum blandior conuictus obrepet
Verūtāmē nihil hinc metuo. q̄ciēs enī vrbib; ereptū
rus suum recuperauit incolam omnes repēte diffu-
giunt insidie talium voluptatum quibus amotis ita
te viuētem fatear animaduerti. vt & proprios &
communes amicos supergressa sobri&ate : ac mo-
destia delectarer. **I**ram q̄ preteruehor qua et si sepe
iusto magis exardeas: confestim tamen nature boni-
tate mitigabilis compescere motus animi soles. me-
mor **H**oraciani consilii. **I**ra furor breuis est. animum
rege qui nisi par& imperat. **H**unc vinculis hunc tu
compesce cathena. **Fran.** **A**liquantulum mibi fateor
& poeticum hoc: & plurima huius generis philoso-
phorum consilia profuerunt. atq; in primis eui bre-
uis recordacio. **Q**ue enī rabies est pauculos dies: q̄s
inter homines agimus in hominum odium perniciē
q̄ consumere. aderit ecce dies vltima: quæ has flam-
mas in pectoribus humanis extinguat: & finem po-
situra odiis: & si inimico nihil morte grauius opta-
mus. **I**niquissimi voti compotes factura. **I**taq; quid

se quid alios precipitare iuuat: quid oportunas partes breuissimi temporis amittere: et vel presentibus honestis gaudiis vel future vite consiliis deputatos dies vix sufferturos ad singula summa. licet cum parcimonia dispensatis auferre necessariis: ac propriis vitiis. inque alienam pariter et nostram tristitiam morte tempore conuertere. Verum hec mihi meditatio eousque profuit: ut impulsus non totus ruerem. & si corruissem mox exurgerem. ne ullis autem iracundie flatribus agitarer. nullum mihi hactenus studium prestatere quiniuit. **Augu.** At quia nullum ex huius te flatribus aut tibi aut alteri vereor naufragium facile parciar. ut si stoicorum promissa non attingis qui morbos animorum radicitus se vulsuros spondent. **Sis** in hac re paripatheticorum mitigatione contentus. his igitur in presens omissis ad periculosiora & tibi multo diligentius providenda festino. **Fran.** Deus bone quid adhuc periculosius restat? **Augu.** Quantis luxurie flammis incenderis. **Fran.** Tantis equidem interdum: ut grauiter doleam: quod non insensibilis natura sum. immobile saxum aut quod esse maluerim: quam tam multis corporis mei motibus turbari. **Augu.** Habes igitur quod te vel maxime ab omni diuinorum cogitatione dimoueat. Quid enim aliud celestis doctrina Platonis ammonet: nisi animum a libidinibus corporis arcendum. & eradenda fantasmata: ut ad providenda diuinitatis archana: cui proprie mortalitatis annexa cogitatio est purus expeditusque consurgat. **Scis** quid loquor: & hec ex Platonis libris tibi familiariter nota sunt. quibus audissime nuper incubuisse diceris. **Fran.** Incubueram fateor alacri spe: magnoque desiderio. **Sed** peregrine lingue nouitas: et festinata preceptoris absentia preciderunt propositum meum. ceterum ista quam memoras disciplina

& ex scripturis tuis : & ex aliorum Platoniorum
relacione notissima est. **Augu.** Haud refert quo ve-
rum monstrante didiceris . quamuis multum sepe
possit auctoritas. **Fran.** Aput me p̄sertim hominis
illius de quo alte mihi quidē infedit illud **Ciceronis**
in **Tusculano** **Plato** inquit. **Et** si rationē nullam af-
ferret vide quid homini tribuo: ipsa auctoritate me
franger& . mihi autē sepe diuinum illud ingenium
cogitanti iniuriosum videretur. **Si** cum ducem suū
analogistam facit pitagoreum vulgus. reddende ra-
cioni for& obnoxius **Plato**. **Sed** ne a proposito lon-
gius eam: **Platonis** hanc sentēciam mihi pridē adeo
& auctoritas & ratio & experientia cōmēdauit: vt
nil verius nilq; sanctius dici posse non dubitem. Ita
enī interdum deo manum porrigente surrexi . vt in
credibile quadam & immensa cum dulcedine : quid
mihi tunc prodesset quid ue antea nocuisset agnosce-
rem. & nunc meo pondere ī antiquas misérias relap-
sus: quid me iterum perdiderit cum amarissimo gu-
stu mentis experior. quod idcirco retuli: ne forte mi-
raris huius me **Platonici** dogmatis experienciā pro-
fiteri. **Augu.** Non miror equidem. laboribus enī tu-
is interfui: et cadentem et resurgentem vidi. et nūc
prostratū misertus opem ferre disposui. **Fran.** Gra-
cias ago tam misericordis affectus. quid autem opis
supereſt humane. **Augu.** Nihil ac diuine plurimum
continēs equidem nisi cui deus dedit esse nō potest.
ab eo igit munus hoc & in primis humiliter et sepe
cum lacrimis postulādum est. sol& ille: que rite pos-
cuntur: nō negare. **Fran.** Feci tam sepe vt pene iam
sibi molestus esse vereor. **Augu.** **At** non satis humi-
liter: n̄ satis sobrie: semp aliquid loci v̄tutis cupidi-
tatibus reſeruasti. semper in longum preces extendi-
sti. expertus loquor hic: & mihi contigit. dicebam:

da mihi castitatem. sed noli modo: differ paululum: statim veniet tempus: virencior adhuc etas. suis eat semitis: suis vtatur legibus. turpius ad iuuenilia ista rediret. Tunc igitur abeundum erit cum & minus ad hoc abilis decursu temporis factus fuero. et facietas voluptatum metum regressionis abstulerit. hec dicens aliud te velle precari: aliud non intelligis. **Fran** Quo nam modo. **Augu.** Quia qui in diem poscit: in presens negligit. **Fran.** Ego in presens sepe cum lacrimis poposci: sperans simul & illud euenturum. ut effractis cupiditatum laqueis: & calcatis uite miseris: saluus euaderem. & velud in aliquem salutare portum ex tam multis curarum inutilium tempestatibus enatarem. **At** quociens postea inter eosdem scopulos naufragium passus sum. quociensque si destituor passurus intelligis. **Augu.** Crede mihi aliquid semper defuit oranti: alioquin vix annuisset largitor ille supremus: vel quod paulo fecit apostolo ad perfectionem virtutis & infirmitatis experigenciam dene-gasset. **Fran.** Credo ita esse. precabor tamen assidue nec fatigabor: nec erubescam: nec desperabo si forte miseratus omnipotens labores meos aurem precibus quotidianis accomodet. et quibus si iuste fuissent: gratiam non negasset. idem ipse iustificet. **Augu.** Consulte tamen tu enitere & quod prostrati solent incubitum erectus ingruencia mala circumspecte: ne ad repentinum cuiuslibet molis incursum iacencia membra dissileant. nec segnius interim opem attollere valentis implora. **A**derit ille tunc forsitan cum a te esse credideris. vnum semper ante oculos habeto: **Platonis** superiorem illam haud spernendam sententiam. **A**b agnitione deitatis nil magis quam appetitus carnalis: & inflammata obstare libidinem. **H**anc igitur doctrinam assidue tecum versa: hic nostri consilii summa

est. **Fran.** Vt intelligas me hanc adamasse sententiā.
non modo in atriis suis sedentem sed peregrinis eci-
am nemoribus latitantem: auidissime complexus sū
At locum animo mutaui: vbi illa oculis meis occur-
rat. **Augu.** Quid dicere uelis expecto. **Fran.** Scis
Virgilium uirum fortem per quot pericula: in illa
suprema et horrenda troiani excidii nocte circūdux-
it. **Augu.** Scio. quid enī scolis omnibus vulgaciꝑ ip-
sum quoqꝫ casus suos enarrantem facit. Quis cladē
illius noctis quis funera fando **Explicet.** aut possit
lacrimis equare labores. **Vrbs** antiqua ruit multos
dominata per annos. **Plurima** perqꝫ vias sternuntur
inercia passim **Corpora.** perqꝫ domos et religiosa do-
morum **Limina.** nec soli penas dant sanguine teu-
cri. **Quondam** & uictis redit in precordia uirtus.
Victoresqꝫ cadunt danai crudeles ubiqꝫ **Luctus.** vbi
qꝫ pauor & plurima mortis imago. **Fran.** Atqui qꝫ
diu venere comitante. inter hostes & incendium er-
rauit: apertis licet oculis offensorum iram in mini-
mo videre non potuit. eaqꝫ illum eloquentem nil ni-
si terrenum intellexit. **At** postqꝫ illa discessit quid
euenerit nosti. **Siquidem** mox iratas deorum facies
eum vidisse subsequitur. & omne circumstans peri-
culum agnouisse. **Apparēt** dire facies inimicaqꝫ tro-
ie. **Numina** magna deum: ex quibꝫ hoc exerpſi usū
veneris cōspectum diuinitatis eripere. **Augu.** Pre-
clare lucem sub nubibus inuenisti. **Sic** nempe poeti-
cis interest veritas figmentis tenuissimis riuulis ad-
eunda. **Sed** quoniam rursus ad ista redeundum est:
que restant ad vltimum reseruemus. **Fran.** Ne igno-
tis me tramitibus agas: que nam te redditurum pol-
liceris. **Augu.** Maxima tue mentis vulnera nō dum
attigi & consulto dilata res est: vt nouissime posita
bereant memorie. In illorum altero appetituum car-

naliū de quibus aliqua diximus cumulacior ade-
 rit materia. **Fran.** Progredere iam ut lit & . **Augu.**
Nisi impudenti pertinacia sis : nulla deinceps super
 est contencio. **Fran.** Nihil graciosius videre possem q̃
 omnem contencionē causam oblatam ex orbe terra-
 rum. **N**ihil deniq; tam clare mihi cognitum fuit vn-
 quam: ut de eo non inuitus altricarer. q̃ inter ami-
 cos licet orta contencio: asperum quidem & hostile
 et amicitiarum moribus aduersum habet. sed perge
 ad hec quibus me statim assensurum putas. **Augu.**
Hab & te funestam quedam pestis animi quam acci-
 diam moderni: veteres egritudinem dixerūt. **Fran.**
Ipsū morbi nomen horreo. **Augu.** Nimirum: quia
 diu per hunc grauit̃ vexatus es. **Fran.** Fateor: &
 illud accidit quod omnibus ferme quibus angor ali-
 quid falsi licet & dulcoris imixtum est. **I**n hac autem
 tristitia & aspera & misera & horrēda omnia: aper-
 taq; semper ad desperationem via: & quicquid infe-
 lices animas urget in interitum. **A**d hoc & reliqua
 rum passionum ut crebras sic breues & momenta-
 neos exterior insultus. **H**ec autem pestis tam tenaci-
 ter me arripit interdum: ut integros dies noctesq; il-
 ligatum torqueat. q̃ mihi tempus nō lucis aut vite
 sed thartaree noctis & acerbissime mortis instar ē.
 & qui supremus miseriarū tumultus dici potest. sic
 laboribus & doloribus pastor atra quadam cum vo-
 luptate vt inuitus auellar. **Augu.** Mortū tuū no-
 sti optime: modo causam nosces. dic ergo quid est q̃
 te adeo contristat? temporaliū ne discursus: aut cor-
 poris dolor? an aliqua fortune durioris iniuria? **Fra**
Non vnum horū aliquod si singulari certamine tem-
 tarer: starem vtique. nunc autem toto subruor exerci-
 tu. **Augu.** Distinctius quid te vrgeat eloq̃re. **Fran.**
Quociens vnum aliquod fortune vulnus infligitur

persisto interritus. memorans sepe me ab ea graui-
rer perculsum: abiisse victorem. **S**i mox illa vulnus
ingemin& titubare parumper incipio. quod si duo
bus tertium quartūue successerit: tum coactus non
quidem fuga precipiti sed pedesensim relato ī arcē
rationis euado. Illic si toto rerum agmine īcubuerit
fortuna. meq; ad expugnandum condicionis huma-
ne miserias: et laborum preteritoꝝ memoriam: futu-
rorumq; formidinem congescerit. tum demum pul-
satus undiq; & tātā malorum congeriem perhor-
rescens ingemisco. hinc dolor ille grauis oritur. ve-
luti si quis ab innumeris hostibus circumclusus cui
nullus pateat egressus: nulla sit misericordie spes:
nullumq; solacium. sed infesta omnia erecte machi-
ne: defossi super terram cuniculi. tremūtq; iam tur-
res: stant scale propugnaculis admote: berent meni-
bus vinci. & ignis tabulata percurrit. vndiq; fulgen-
tes gladios: minantesq; vultus hostium: cernensq; vi-
cinum cogitans excidium. quid nī paueat & lugeat
quando his lic& cessantibus ipsa libertatis amissio:
viris fortibus mestissima est. **Augu.** Quanquā con-
fusus ista percurreris. intelligo tamen opinionē ti-
bi peruersam causam esse malorum omnium quæ in-
numerabiles olim strauit sternetq; male tibi arbitra-
ris. **Fran.** Imo vere pessime. **Augu.** Quā ob causam.
Fran. Non vna quidem sed innumeras. **Augu.** Idem
tibi accidit ex his qui ob leuissimam quālibet offen-
sam in memoriā redeunt veterum simultatū. **Fran.**
Nullum in me adeo vetustum vulnus: vt obliuione
deletum sit. recencia sunt cuncta sunt que cruciant.
& si quod tempore potuisset aboleri: tam crebro lo-
cum repecit fortuna: vt hians vulnus nulla vnquā
cicatrix astrinxerit. **A**ccedit & humane condicionis
odium: atq; contemptus. quibus omnibus oppressus

non mestissimus esse non valeo. hanc sibi egritudine
 siue accidia siue quid aliud esse diffinis: haud mag-
 nificatio ipsa de re conuenit. **Augu.** Quoniam ut vi-
 deo altis radicibus morbus innititur. superficite-
 nus hunc substulisse non sufficiet. repullulabit etenim
 celeriter radicitus euellendus est. **V**nde autem inci-
 piam incertus sum: tam multa me terrēt. **S**ed ut fa-
 cilius sit distincti operis effectus: discurrā per sin-
 gula. **D**ic ergo quid in primis tibi molestum putas
Fran. Quicquid primum video: quicquid audio: quic-
 quid sentio. **Augu.** Pene nil ne placeat tibi ex omni-
 bus. **Fran.** Aut nihil: aut perpauca quidem. **Augu.**
Vtinam saltem salubriora delectent. sed quid appri-
 me displiceat responde mihi queso. **Fran.** Iam respon-
 di. **Augu.** Totum ē hoc eius quam dixi accidie. tua
 omnia tibi displicent. **Fran.** Aliena non min⁹. **Augu.**
Et hoc ex eodem fonte procedit. ut vero aliquis di-
 cendorum ordo sit. adeo: ne tibi tua displiceat ut ais
Fran. Desine questiunculis. quater plus etiam quā
 dici posset. **Augu.** Ergo illa tibi sordescunt: quā mul-
 tis aliis inuidiosum faciunt. **Fran.** Qui misero inui-
 det: necesse est ut sit ipse miserrimus. **Augu.** Quid
 autē magis displiceat ex omnibus. **Fran.** Nescio. **Aug.**
Quid si ego dinumerē: fateberis ne? **Fran.** Fatebor
 ingenue. **Augu.** Fortune tue iratus es. **Fran.** Quid
 mi oderim. superbiam violentam cecam: & mortalia
 hec sine discrecione volentem. **Augu.** De cōmuni-
 bus publica est querela: nunc proprias prosequamur
 iniurias. Quid si iniuste cōquereris: velles ne in gra-
 ciam reuerti? **Fran.** Difficillima quidem persuasio.
 si tamen id mihi monstraueris cōquiescam. **Augu.**
Parcius tecum agere estimas fortunam. **Fran.** Imo
 amarissime: imo iniquissime: imo superbissime: imo
 crudelissime. **Augu.** Non vnus est apud comicum

poetam querulus: innumerabiles sunt. **Tu** q̄ adhuc
vnus ex multis es: mallem ex paucis. **Ceterum** quia
adeo trita materia est: vt vix noui quicquam possit
afferri. poterisne morbo ueteri vetus remedium ad
hiberi. **Fran.** Vt libet. **Augu.** Age ergo: famem ne
an situm frigusue perpeti cōpulit paupertas? **Fran.**
Nondum eousq; fortuna seuit mea. **Augu.** Ad quā
multis ista quottidiana sunt. **Fran.** Aliud adhibe re
medium si potes: me quoniam ista nil adiuuāt. **Non**
ex illis sum: quos in malis suis calamitosoz & circū
lugencium delectat exercitus. nec minus interdum
alienis quā propriis miseriis ingemisco. **Augu.** Nec
ego ut delectet: sed ut sol&ur expecto. doceatq; alie
nas cernentem fortunas suis esse contētum. neq; enī
omnes primum tenere locum possunt. **Alioquin** quo
modo primus erit nisi quem secundus sequitur. be
ne uobiscum agitur mortales: si non in extrema re
iecti de tam multis fortune ludibriis tantum medi
ocria pertulistis. quanquam & extrema perpeffis:
suis quibusdam acrioribus remediis succurrendum
est. quibus in presens egros minime mediocri lesus
asperitate fortune. **Sed** hoc est quod uos in has pre
cipitat erumnas proprie quilibet fortis oblitus: sup
mum mente locū agitāt. quem (quoniā vt dixi) ne
queunt omnes apprehendere: elusis conatibus sub
it indignatio. **Q** si summi status miseras agnosce
rent homines quem exoptant perhorrescerent. **Idq;**
illoz probatur testimonio: quos ad summa rerum fa
stigia multis laboribus euectos vidimus. & votorū
mox suorum nimis facilem exitum execrātes. quod
& si omnibus notum esse debeat: tibi tamen p̄cipue
longa. cui experientia persuasum est omnem status
altissimi laboriosam atq; sollicitam: & prorsus mise
rabilem esse fortunam. ita fit ut nullus querimonie

gradus uac&: dum & optata consecuti: & repulsi:
iustam lamentandi causam prefeferunt. **Illi** se decep-
tos: hii se neglectos estimant. **Sequere** igitur **Senece**
consilium: cum aspexeris quot te antecedunt cogita
quot te sequantur. **Si** vis gratus esse aduersus deū:
& aduersus vitam tuam: cogita quam multos ante
cesseris. **Et** ut eodem loco ait idem: & finem consti-
tue. quem transire ne possis quidem si velis. **Fran.**
constitui pridem desideriiis meis finem certū. & nū-
si fallor modestissimum. **Ac** inter procaces impudē-
tesq; seculi mei mores: quis modestie locus est secor-
diam atq; segnicie vocant. **Augu.** Potensne igitur
est animi tui statum vulgaris aura conuellere: quæ
nunquam rectum iudicat: nunquam res suis nomi-
nibus uocat. at illam si rite recolo spernere solebas.
Fran. Nunquam mihi crede magis spreui non popu-
laris factio quid de me vulgus estim& quā qui bru-
torum greges animantiū. **Augu.** Quid ergo. **Fran.**
Molestē fero q̄ cum nullus ex coetaneis meis quem
ego nouerim modestiora concupiuerit. nemo diffici-
lius ad concupita profectus est. **Summum** nempe
nunquam me locum exoptasse. **Testis** hec nostra si-
mul & omnium spectatrix: que cogitationes meas
semper introspiciens nouit. quociens humani more
ingenii per omnes statuum gradus mente discurre-
rem. nunquam tranquillitatem illam: ac serenitatem
animi: quam rebus omnibus preferendam arbitror
in supremo fortune culmine positam agnouisse. **Ide-**
oq; & curaz; sollicitudinū refertā vitam exhorrentē
mediocria sobrie se semper iudicō pretulisse. nec ver-
bo solum: sed mente eciam **Horacianum** illud appro-
basse. **Auream** quisq; mediocritatem diligit tutus
car&: absoleti sordibus tecti. caret inuidia sobrius
aula. nec minus mihi ratio placuit quā dictū. **Sepi9**

ventis agitur ingens pinus: excelsæ grauiore casu
decidunt turres. feriuntq; summos fulgura montes
hanc profecto mediocritatem nunquam mihi conti-
gisse doleo. **Augu.** Quid si que putas mediocria sup-
te sunt. quid si vera mediocritas iam pridem conti-
gisse contigit. quid si illam longe poster-
gum reliquisti. et multo pluribus inuidie quam con-
temptus materiam prebes. **Fran.** Et si ita esset: mi-
hi tamen contrarium videtur. **Augu.** Peruersam opi-
onem malorum omnium. Sed huius precipue causam
esse non ambigis. Ab hac igitur caribdi omnium (vt ait
Tullius) remorum ac velorum auxilio fugiendum est.
Fran. Vnde me fugere: cuo ue proram tedere. quid
deniq; opinari iubes nisi quod video. **Augu.** Vides
vbi oculos interdixisti: ac si retro respicias: videbis in-
numerabilem turbam sequi. teq; primo agmine: ali-
quanto proximiorē esse quam ultimo. sed timor ani-
mi: rigorq; propositi: non permittunt oculos in ter-
gum flectere. **Fran.** Deflexi: cum interdū multosq;
post me venire perpendi. neq; sortis mee pudet: sed
curarum piget ac penitet tantarum. **Q**ut eiusdem
Horacii verbo utar. **F**luitem dubie spe pendulus ho-
re **S**i hec anxietas tollatur quantum habeo habūde
sufficiat. dicamq; equanimiter quod eodem loco ait
idem. Quid credis amice precari sit mihi: quod nūc
est etiam minus ut mihi viuam: quid superest eui?
Si quid superesse volunt diu ego semper dubius fu-
turi. **S**emper animo suspensus: nullam ex fortune mu-
neribus dulcedinem capio: adhuc vt vide hactenus
aliis viuo: quod miserrimum ex omnibus est. **A**tq;
vtinam vel senectutis mihi reliquie contingant: vt
qui procellosos inter fluctus vixerim: moriar in por-
tu. **Augu.** **T**u ne igitur in tanto rerum humanarū tur-
bine: tanta uarietate successuum: tantaq; caligine fu-

28

2 116

turorum: (& ut breuiter dicam) sub imperio pos-
tus fortune: solus ex cunctis hominū milibus curarū
vacuam etatem ages. **V**ide quid cupias mortalis vi-
de quid postules. **Q** vero non tibi te vixisse cōque-
reris: non inopie: sed seruitutis est. quam licet (& ut
tu idem asseris) miseriam esse confitear: tamē si cir-
cumspicis paucissimos homines sibi vixisse reperiēs
Nam et hii qui putantur felicissimi et quibus innume-
rabiles viuunt se ipsos simul aliis viuere vigiliarum
& laborū assiduitate testantur **Q**uid enī ut supremo
te commoueri faciam exemplo Iulius cesar cuius il-
lud verum (& licet arrogans) dictum est. Humanum
paucis genus uiuit: nūquid postq̃ eo genus redege-
rat humanum ut sibi vni uiueret: ipse interim aliis
viuebat. **I**nterrogabis fortasse quibus his nimirū a
quibus occisus est. **D**e bruto vel cimbro ceterisq̃ p
fide coniurationis auctoribus: quorū cupiditates ex-
plere non valuit tanti munificencia largitoris. **F**ran
Mouisti animum fateor ut iam nec seruum me: nec
inopem indigner. **A**ugu. **I**ndignare potius te non es-
se sapientem: quod vnum & libertatem & veras di-
uicias prestare potuisset. **C**eterum quisq̃ causarum
absenciam equo ferens animo effectus nō adesse cō-
queritur. nec causarum certam tenet & ille rationem
nec effectuum. **E**xequere autem nunc quid te pre-
mit prater hec que dicta sunt: corporis ne fragili-
tas an latens molestia? **F**ran. **N**empe corp⁹ hoc one-
rosū mihi semper fuit: quociens meipsum contem-
platus fui. at cum alienorū grauedinem corporū re-
spexi: satis obediens me mancipium habere fateor.
possem idē (& utinā) & de animo gloriari: sed ille im-
perat. **A**ugu. **V**tinam rationis ipse subditus impe-
rio: sed ad corpus redeo: quid in eo molestum expe-
riris? **F**ran. **N**ihil eq̃dem nisi cōmunia quedam qd

mortale est q̄ suis me doloribus implicat mole pre-
grauat: somnum suad& spiritu vigilante. aliisq̄ ne-
cessitatibus subigit humanis. quas enumerare & lō-
gum & inamenum est. **Augu.** Compone animum p̄
cor: teq̄ hominem esse recordare. licet auxi&as ista
cessauerit: si quid preter hoc angerit exquire. **Fran**
Illa ne tibi inaudita est fortune nouercantis imma-
nitas: cum vno die me spesq̄ & opes meas omnes &
genus: & domum impulsu strauit impio. **Augu.** Vi-
deo oculoꝝ tuorum scatebras. ideoq̄ pr&ereo: neq̄
enī nunc docendus sed admonendus es. **V**num igit̄
hic admonuisse suffici&. **S**i enī non priuataꝝ modo
familiarum: sed notissimas tibi regnoꝝ ex omnibus
seculis recoles ruinas. nō nihil tibi tragediarum lec-
cio profuerit: ut nō pudeat tuguriolum tuum: cum
tot regis edibus cōflagrasse procede modo. hec enī
parcius dicta: spaciosius tibi ruminanda seruabis.
Fran. Quis vite mee tedia: & quottidianum fastigi-
um sufficienter exprimat. mestissimam turbulentis-
simamq̄ orbem terrarū omnium: angustissimā atq̄
vltimam sentinam & tocius orbis sordibus exundā-
tem. quis verbis equ& que passim nauseam cōcitāt
grauem. olentes semitas permixtas rabidis canibus
obscenas sues: & rotarum mures quaciencium stri-
dorem: aut transuersas obliquis itineribus quadri-
gas: tam diuersas hominum species. tot horrēda mē-
dicantium spectacula. tot diuitum furores. illos me-
sticia deuictos: hos gaudio lasciuiasq̄ fluitantes tam
deniq̄ discordantes animos: artesq̄ tam varias tan-
tum confusis vocibꝫ clamorē. & populi inter se anxi-
etatis incursum. que omnia & sensus melioribus af-
fuetos conficiunt. & generosis animis eripiunt quie-
tem: et studia bonarum arcium interpellāt. Itaq̄ me-
deus ex hoc naufragio puppe liberat illesa: ut ego se-

pe circumspiciēs: in infernum viuens descendisse mi
hi videor. **I**nunc & boni aliquid tecum age. **I**nūc &
honestis cogitacōnibus incumba. **I**nunc & versus te
cum compone canoros. **Augu.** **H**ic me **Flacci** versi-
culis quid potissimum lamenteis admonuit. doles
q̃ importunum studiis tuis locum nactus es. quoni-
am ut ait idem. **S**criptorum chorus omnis amat ne-
mus & fugit vrbes. **Tuq̃** ipse in epistola quadā ean-
dem sententiam verbis aliis expressisti. **Silua** plac-
mus vrbs est inimica poetis **Q**uod si vnquā intesti-
nus tumultus tue mētis conq̃esceret: fragor iste cir-
cumtonās (mibi crede) sensus quidem pulsaret. sed
animum non moueret. **A**t ne nota pridem auribus
tuis ingeram: habes **Senece** de hac re non inutilem
epistolam. habes & librum eiusdem de tranquillitate
animi. habes & de tota hac mentis egritudine tollē-
da librum. **M. Ciceronis** egregium. quem externe
diei disputationibus in tusculano suo habitis ad bru-
tum scripsit. **Fran.** Singula hic baud negligenter le-
gisse me noueris. **Augu.** Quid ergo: nihil ne profue-
runt? **Fran.** Imo vero inter legendum plurimū. libro
autem e manibus elapso: assensio simul omnis inter-
cidit. **Augu.** **C**ōmunis legēcium mos est ex quo mō-
strum illud execrabile litteratoꝝ passim flagiciosi-
simos errare greges: & de arte viuendi multa licet
in scolis disputentur: in acta paucum conuertit. **Tu**
vero si suis locis notas certas impresseris: & fructū
ex lectione percipies. **Fran.** Quas notas. **Aug.** Quo-
ciens legenti salutare sese offerunt sentencie quibz
vel excitari sentis animum: vel frenari. noli viribus
ingenii fidere: sed illas in memorie penetrabilibus
abscondere. multoq̃ studio tibi familiares effice. vt qđ
experti solent medici quocunq̃ loco vel tempore di-
lacionis impaciens morbus inuaserit: habeas velud

in animo conscripta remedia . **S**unt enī quedā sicut
in corporibus humanis sic in animis passionēs. ī qui
bus tam mortifera mora est: vt qui distulerit mede
lam: spem salutis abstulerit. **Q**uis enī ignorat Cexē
pli gracia Jēssē quosdam motus tam precipites : vt
nisi eos in ipsis exordiis ratio frenauerit: animū cor
pusq; & totum hominem perdant: & serum sit quic
quid post tempus apponitur. In quibus primum ob
tinere locum reor iram. **C**ui non frustra rationis se
dem superpositam esse diffiniunt. hii qui in tres par
tes animam diuiserunt. **R**acionem in capite velud ī
arce iram in pectore : cōcupiscenciam subter precor
dia collocantes : vt scilicet presto sit que subiectarū
pestium violentos impetus repente coherceat. & ex
alto velud receptui cauat. quod frenum quia ire ma
gis necessarium erat: illi vicinior sita est. **F**ran. **C**on
sulte quidem. quod ut me non tantum ex phisicis: s; ex
poeticis eciam scripturis elicuisse prouideas. per
illorum ventorum rabiem : quam **M**aro describit .
Speluncis abditis latitantem. superiectosq; montes
& regem in arce sedentem . atq; illos imperio miti
gantem . **I**ram atq; impetū animi posse denotari me
cum sepe cogitaui . In profundo scilicet pectoris de
feruentes. qui nisi coerceantur rationis freno: vt ibi
dem legitur. **M**aria ac terras celumq; profundum.
Quipe ferant rapidi secū vertantq; per auras. **P**er
terras enī quid nisi terream corporis materiā . **P**er
maria quid nisi humorem quo viuatur. **P**er celū ve
ro profundum: quid nisi interiore loco habitantē ani
mam intelligit? **C**uius (vt alio loco ait idē) igneus
est vigor & celestis origo. quasi diceret: corpus atq;
animam: & breuiter totum hominē cui dominabun
tur: in precipitium agent. **E**x aduerso autem mōtes
regemq; presidentem quid nisi capitis arcem & ra

216
cionem esse que illic inhabitat. Sic enī ait. Hinc vasto rex eolus antro. Luctantes ventos tempestatesq; sonoras. Impio premit vinculis ac carcere frenat. Illi indignātes magno cum murmure montes. Circum claustra fremunt summa sedet eolus arce. Sceptra tenens. Hec ille. Ego autem singula verba discuciēs audiui indignacionem. audiui luctamen. audiui tempestates sonoras. audiui murmur ac fremitum. hec ad iram referri possunt. Audiui rursus regem in arce sedentem. audiui sceptra tenentem. audiui imperio trementem. et vinculis ac carcere frenantē. que ad rationem q̄ referri posse quis dubit&. Attamen ut de animo atq; ira: animum turbante: dici omnia constar&. vide quid addidit. Mollitq; animos et tēperat iras. Augu. Laudo hec: quibus habundare te video poetice narrationis archana. siue enī id Virgilius ipse sensit dum scriber&: siue ab omni tali consideratione remotissimus: maritimam his versibus: et nil aliud rescribere voluit tempestatem. Hoc tamen de irarum imp&u et rationis imperio dixisti facete satis et proprie dictum puto. Sed ut vnde discesserā reuertar. Et aduersus irā: & aduersus reliquos motus: precipueq; aduersus hanc de qua multa iā diu loquimur pestem: aliquid semper excogita. quod cū intenta tibi ex lectione contigerit. Imprime sententiis vtilibus: ut incipiens dixeram certas notas: quibus velud vncis memoria volentes abire contineas. Hoc equidem presidio consistes immobilis. tum aduersus cetera: tum contra animi tristitiam: que vmbra velud pestilentissima virtutum semina: et omēs īgenioꝝ fructus enecat. In qua postremo (ut elegāter ait Tullius) fons est & caput miseriāū omniū. Profecto autem: si alios teq; diligenter simul excuseris. omissoq; q̄ nullus hominum est: cui non multe

sint lugende cause. **O**misso pr&erea q̄ delictorū tuo-
rum recordacio iure mestū & sollicitū facit . q̄ vnū
mesticie genus salutare est : modo desperacio nō sub
reperat : multa tibi diuinitus concessa fateberis . que
inter turbas querulorum atq; gemencium consolan-
di gaudendiq; materiam prestare queant. **N**am i eo
q̄ tibi nondum vixisse quereris : q̄ ue tumultus vr-
bium stomacorum : & maximorū hominum similis q̄
rela & illa cogitacio . **Q** tua sponte in hos incideris
amfractus . ruaq; sponte : si omnino velle ceperis pos-
sis emergere . non parum tibi conferrent solamē vbi
& cōsuetudo longior profuerit. **S**i strepitum popu-
lorum velud cadentis aque sonitum aures tuas edo-
meris : cū delectacōe percipere . Id autē (vt dixi) fa-
cillime consequeris : si tue primum mentis cōpescue-
ris tumultus . pectus enī serenum & tranquillū fru-
stra vel peregrine circueunt nubes . vel circumtonat
externus fragor . Itaq; velud insitens sicco litore tu-
tus : aliorum naufragium spectabis : & miserabiles
fluitantium voces tacitus excipies . quantumve tibi
turbidum spectaculum cōpassiones attulerit : tantū
gaudii afferet proprie sortis alienis periculis collata
securitas. **E**x quibus omnem animi tristitiam te iā-
iam depositurum esse confido. **Fran.** Quanquā mul-
ta me vellicēt : atq; illud inprimis : q̄ vrbes relinque-
re quasi rem facilem mei censes arbitrii . tamen quia
in multis me ratione superasti : volo & hic priusquā
deiciar : arma deponere. **Augu.** Potes ergo iam tri-
sticia relegata cum fortuna tua in gratiam redire .
Fran. Possum utiq; si modo aliquid est fortuna . nā
vt vides : inter **G**raium & nostrum poetam : hac de
re tanta dissensio est . vt cum ille fortunam in operi-
bus suis nusq; nominare dignatus sit : quasi nil eā es-
se crederet . hic noster & sepe eam nominet : & quo-

208

dam in loco omnipotentem eam etiam voc&. Cui sen-
tencie & historicus ille nobilis fau&: et orator egre-
gius. Nam & Crispus Salustius dominari profecto
ait in re qualibet fortunam. Et Marcus Tullius hu-
manarum rerum dominam asseuerare non timuit.
Ego autem quid sentiam: aliud forte tempus: ac lo-
cus aliter fuit dicendi. quod vero ad inceptum atti-
net: eousq; mihi profuit admonicio tua vt meipsum
cum maiore parte hominum cōferenti non tam mi-
ser (vt solebat) status meus appareat. Augu. Gau-
deo si quid tibi profui cupioq; prodesse cumulacius.
Sed quoniam satis hodiernum colloquiū processit:
poteris ne que restant in diem tertium differri. atq;
ibi finem statui. Fran. Ego vero numerū ipsum tri-
narium tota mente complector. Non tam quia tres
eo gracie continent: quā quia diuinitati amicissimū
esse constat: q; non tibi solum: aliisq; vere religionis
professoribus persuasum. quibus est omnis in trini-
tate fiducia. Sed ipsis etiam gentium philosophis a
quibus traditur vti nos hoc numero in consecratio-
nibus deorum. quod nec Virgilius meus ignorasse
videtur: vbi ait. Numero deus impare gaud&. De
ternario enī loqui eū precedencia manifestant. Ter-
ciam igitur deinceps de manibus tuis partem hui9
tripertiti muneris expecto.

Liber Tercius Incipit.

AVGUSTINVS. Si quid hacten⁹ sermo
tibi meus contulit: oro obtestorq; vt te fa-
cilem hauriendis que supersunt prebeas.
Contenciosumq; & reluctantem animum
deponas. **Fran.** Factum puto. **S**encio enim me tuis
monitis magna sollicitudinum meaz; per te libera-
tum. eoq; paracior ad reliqua audienda trāsgredior.
Augu. Nondum intractabilia & infixa visceribus:
vulnera tua contigi: & contingere metuo. Recolens
quantum altricionis & querelaz; leuior contact⁹
expresserit. **S**pero autem ex aduerso collectis viri-
bus animum forciorē asperiora deinceps equanimi-
us laturum. **Fran.** Nil metuas. Iam assueui & mor-
borum meoz; nomen audire: et medici manus auxili-
um pati. **Augu.** Duabus adhuc adamantinis dexte-
ra leuaq; premeris cathenis: que neq; de morte neq;
de vita sinunt cogitare. has semper extimui: ne te i-
teritum agerent. necdū quidē securus sum: nec pus-
ero: quam te solutum ac liberum illis effractis ab-
iectisq; videro. Neq; enī reor impossibile: sed profec-
to difficile. Alioquin frustra circa impossibilia ver-
sarer. **E**st autem ut in adamante frangendo hircinū
dicunt sic in huiusmodi duricie curaz; mollienda.
Sanguis ille mirummodum efficax: qui cum cor as-
perum contigerit: frangit ac penetrat. **T**amē id me
tuo quoniam i hac re tue simul opus est assensu. quē
ne prestare possis: siue ut dicam verius: ne velis mul-
tum vereor ne ipse cathenarum circumradians atq;
oculos mulcens fulgor impediāt. ne forte contingat
quod euenturum suspicor. **S**i auarus quispiam aure
is cathenis vinctus in carcere teneretur: solui etiam
vellet: sed cathenas nollet amittere. **T**ibi autem ea
carceris indicta lex est. ut nisi cathenas abieceris: so-
lutus esse non possis. **Fran.** Heu mihi miserior eram

quam putabam . due ne nunc etiam illaqueant ani-
mum cathene quas ego non agnosco. **Augu.** Imo ve-
ro clarissime. **Sed** earum pulcritudine delectatus:
non catenas sed diuicias arbitraris. euenitq; tibi ut
similitudine versar in eadem: nō aliter quam si quis
aureis manicis atq; cōpedibus tentus: aurum letus
aspiceret: sed laqueos non videret. **Tu** q; nunc aper-
tis oculis que te vincunt vides. sed o cecitas ipsis ad
mortem trabentibus vinculis delectaris. quodq; est
omnium miserrimum gloriaris. **Fran.** Que nā sunt
quas memoras cathene **Augu.** Amor & gloria. **Frā**
Proch superi quid audio has tu ne catenas vocas:
has q; si paciar excucies. **Augu.** Hoc melior: sed in-
certus de euentu **Relique** enī omnes quibus teneba-
ris & fragiliores erant & inamēiores. Ideoq; dum
cōfringerem fauisti. hee autem nocendo placent ac
fallunt quadam spe decoris. Ideoq; plus negotii sub-
est. reluctaberis enī ceu summis te bonis spoliare
velim. aggrediar tamen. **Fran.** Quando ego de te ta-
lia merui: ut speciosissimas mibi curas velles eripe-
re: & tenebris damnare perpetuis: serenissimam ani-
mi mei partem. **Augu.** Ha miser an tibi phisica illa
uox excidit: tum cōsumatum fore miseriaq; cumulū
cum opinionibus falsis persuasio funesta succrescit:
ita fieri oportere. **Fran.** Haud quaquā excidit. sed a
proposito remota sententia est. **Cur** enī non ita fieri
oportere arbitrer. **At** qui nihil vnquam rectius ar-
bitratus sum: quam esse hos nobilissimos: quos mibi
obicis affectus. **Augu.** Segregemus hic tātis per: dū
remediis cōquirendis inbio. ne dum huc illuc distra-
hor: fragiliore impetu ferar ad singula. **Dic** ergo q;
niam prius amoris mencio facta est. **Nonne** hāc om-
nium extremam ducis insaniam. **Fran.** Ne quid veri-
tati subtraham pro diuersitate subiecti amorem: vlt

deterrimā animi passionem: vel nobilissimā actionē
dici posse censeo. **Augu.** Ne res egeat exemplo ali-
quid in medium profer. **Fran.** Si infamen turpemq;
mulierem ardeo insanissimus ardor est. Si rerum ali-
quod specimen virtutis allicit. inq; illud amandum
venerandumq; multus sum. quid putas: nullum ne
tam diuersis in rebus statuis discrimen: adeo ne pu-
dor omīs euauit? ego vero ut ex me aliquid loquar
Sicut primū graue & infaustum animi pondus esti-
mo. Sic secundo vix quicquam reor esse felicius. qđ
si tibi contrarium forsitan videtur: suam quisq; sen-
tenciam sequatur. Est enī ut nosti opinionum ingēs.
veritas libertasq; iudicandi. **Augu.** In rebus contra-
riis opinio diuersa. veritas autem vna atq; eadē sem-
per est. **Fran.** Istud quidem ita esse fateor. Sed hoc
est qđ transuersos agit: opinionibus antiquis inhere-
mus pertinaciter: nec facile diuellimur. **Augu.** Vti
nam tam recte de tota amoris questione sentires: vt
de hoc sentis articulo. **Fran.** Quid multa tam recte
sentire mihi videor: ut contra sentientes insanire nō
dubitem. **Augu.** Inueteratum mendacium pro veri-
tate ducere. nouiterq; cōpertam veritatem estima-
re mendacium. ut omnis rerum auctoritas in tem-
pore sita sit: demencia summa est. **Fran.** Perdis ope-
ram nulli crediturus sum. Succurritq; illud Tullia-
num. Si in hoc erro libenter erro: neq; hunc errorem
auferre mihi volo dum viuo. **Augu.** Ille quidem de
anime immortalitate loquens opinionem pulcherri-
mam omnium: ac volens quam nihil in ea dubitaret
quanquā cōtrarium audire nollet: huiuscemodi ver-
bis vsus est. Tu in opinione fedissima atq; falsissima
huiusdem verbis abuteris. profecto enī & si mortalis
esset anima: immortalem tamem estimare meli9 fo-
ret. Errorq; ille salutaris videri posset virtutis incu-

3^{no}
ciens amorem. que quamuis eciam spe premii subla-
ta: per seipsam expetenda sit. desiderium tamē eius
proculdubio proposita anime mortalitate lentescere-
ret. **C**ontraq; licet mendax future vite promissio ad
excitandum animos mortalium non inefficax vide-
retur. tibi vero quid allaturus error iste tuus sit vi-
des. nempe in omnes animum precipitaturus insani-
as. ubi pudor & metus & que frenare solet impet9
rationis ac cognitio veritatis exciderint. **Fran.** Dixi
iam q; operam perderes. **E**go enī nihil vnquam tur-
pe: imo vero nihil nisi pulcerrimum amasse me reco-
lo. **Augu.** **E**ciam pulcra turpiter amari posse certū
est. **Fran.** **N**ec in nominibus certē: nec in aduerbiis
peccaui: desine iam amplius infectari. **Augu.** **Q**uid
ergo vis ne ut frenetici quidem solent inter iocos et
risus exspirare. **A**n animo miserabiter egrotanti ad
huc aliquid remedii adhibere mauis. **Fran.** **N**on re-
spuo. remedium quidem accidit si me egere mōstra-
ueris. bene valentibus autem remediorū inculcacio
sepe funesta est. **Augu.** **C**onualescēdo tu quidem qđ
multis accidit te grauiter egrotasse fateberis. **Fran.**
Ad postremum spreuisse nequeo: cuius & soepe ali-
as & his presertim proximis diebus: sana cōsilia sū
expertus. perge igit. **Augu.** **P**rimum ergo vnā hāc
mibi veniam tribui velim: si cogente materia aduer-
sus delicias tuas aliquid fortassis infectus fuero. Iā
enī hic prouideo quam grauiter in auribus tuis so-
natura sit veritas. **Fran.** **A**nteq; incipias: audi paulu-
lum. scis ne de quo loquendum tibi sit? **Augu.** **D**ili-
genter mihi preuisa sunt omnia: de muliere mortali
sermo nobis instituit. in qua admiranda colēdaq; te
magnam etatis partem cōsumsisse doleo. & in tali ī-
genio tantam et tam longeuam insanīā vehementer
admiror. **Fran.** **P**arce conuiciis pcor: mulier mortal

erat: & thais: & lima ceterum. ³⁴scis ne de ea muliere
mentionem tibi exortam. cuius mens terrenarū ne-
scia curarū celestibus desideriis ardet. In cui⁹ aspec-
tu si quid vsquam veri est diuini specimē decoris. ef-
fulget. Cuius mores consummate honestatis exem-
plar sunt. cuius nec vox nec oculorum vigor morta-
le aliquid: nec incessus hominem representat. hic q̄-
so iterum ac iterū cogita: credo quibus verbis vten-
dum sit intelliges. **Augu.** Ha demens: ita ne flam-
mas animi in sextumdecimum annum falsis blandi-
ciis aluisti. profecto non diucius italie famosissimus
olim **Hannibal** incubuit. nec crebriores illa tūc ama-
tozū impet⁹ passa ē. nec validioribus arsit incēdiis q̄
tu his temporibus violentissime passionis flammās
atq; impetus pertulisti. Inuentus tamen est qui illū
tandem abire cōpelleret **Hannibalem** tuum. quis ab
his vnquam ceruicibus auertet. Si tu eum & exire
vetas: & vt tecum maneat spōte iam serius inuitas
malo proprio delectaris infelix atq; oculos illos vsq;
tibi in perniciem placentes suprema clausurit dies:
cum effigiem morte varia tam & pallencia membra
cōspexeris: pudebit animum mortalem caduco ap-
plicuisse corpusculo. & que nunc tam pertinaciter
astruis cum rubore recordaberis. **Fran.** Auertat de-
us omen: ego ista nō videbo. **Augu.** Equidem neces-
sario euentura sunt. **Fran.** Scio. sed non tam inimica
mibi sunt sidera: vt nature ordinem in hac morte p-
turbent. prius intraui: prius ingrediar. **Augu.** Me-
ministi credo temporis illius: quo cōtrarium timui-
sti. & quasi iam moriture amice funereum carmen
dictante tristitia cecinisti. **Fran.** Memini certe: sed
dolui: et adhuc recolēs cōtremisco Indignabarq; me
nobiliori velud anime mee per te truncatum. illi esse
superstitem que dulcem mihi vitam sola sui presen-

cia faciebat. Hoc enī carmen illud deflet quod tunc
multo lacrimarū imbre respersum excidit mibi. sen-
tenciam memini si verba tenerem. **Augu.** Non hoc
queritur quantum tibi lacrimarum mors illius for-
midata: quantum ue doloris inuexerit. **Sed** hoc agi-
tur ut intelligas que semel cōcussit posse formidinē
reuerti. eoq; facilius q; & omnis dies ad mortē pro-
pius accedit. & corpus illud egregiū morbis ac cre-
bris perturbacionibus exhaustum: multum pristini
vigoris amisit. **Fran.** Ego q; & curis grauior & eta-
te proeclior factus sum. Itaq; illa ad mortem apro-
pinquante precucurri. **Augu.** **O** furor ex nascēdi or-
dine ordinem mortis arguere. **Quid** enī aliud orba
senectus querit parentum: nisi adolescencium filioz
festinatas mortes? **Quid** annose lugent aliud nutri-
ces: nisi infancium suorum anticipatum tempus. q; s
dulcis vite exortos & ab vbere raptos: abstulit atra
dies & funere merfit acerbo. Tibi uero paucorū nu-
merus annorum quo illam precedis spem tribuit va-
nissimam: prius te quam furoris tui fomitem esse
moriturum. & hunc nature ordinem tibi fingis im-
mobilem. **Fran.** Non usq; adeo immobilem ut contra-
rium fieri posse sim nescius. sed assidue ne idem ad-
ueniat precor. semperq; de eius morte cogitanti suc-
currit iste versus **Quidii.** **Tarda** sit illa dies: & no-
stro ferior euo. **Augu.** **Has** ineptias amplius audire
non valeo. quid enī quando pre mori illam posse nō
ignoras? quid illa moriente dictur? es? **Fran.** **Quid**
dicturus aliud nisi me presente calamitate miserrī-
mum. **Solamen** vero ex recordacione transacti tem-
poris habiturum. rapiant venti tamen ista que loq-
mur & spergant augurium procelle. **Augu.** **O** cece-
necdum intelligis quanta demencia est sic animum
rebus subiecisse mortalibus: quæ eum & desiderii

flammi accendant. nec qui & are nouerint: nec priu-
nere valeant in finem: & crebris motibus quem de-
mulcere pollicentur excruciant. **Fran.** Si quid ha-
bes efficacius profer. nunquam hoc me sermone ter-
rueris. neque eni (ut putas) mortali rei animu addixi
nec me tam corpus noueris amasse quam anima mo-
ribus humana transcendentibus delectatum. quoru
exemplo qualiter inter celicolas uiuatur admoneo.
Itaque si quod solo torquet auditu: me prior moriens illa
desereret: quid agerem interrogas. **Cum Lelio** ro-
manorum sapientissimo proprias miseras consolaretur
virtutem illius amaui que extincta non est: hic dice-
re atque alia que illum dixisse audio: post eius iteritu
quem miro quodam amore dilexerat. **Augu.** Inex-
pugnabili erroris arce consistis: unde te deicere non
ociosus labor est. & quoniam ita te affectum video:
ut multo paciencius auditurus sis quicquid de te quod
de ipsa liberius dicetur. mulierculam tuam qua
talibus laude cumulens licebit. nihil eni aduersabor
Sit regina. sit sancta. sit dea certe. an phebi soror: an
nimpharum sanguinis vna. Ingens tamen eius virtus
minimum tibi ad excusacionem erroris conferrum.
Fran. Quid noui litigii ordiaris experior? **Augu.**
Dubitari non potest quin pulcerrima sepe turpiter
amentur. **Fran.** Iam ad hec supra responsu est. Si eni
amoris in me regnantis facies cerni posset: eius vul-
tum quem licet multum tamen debito parcius lau-
dauimus non absimilis videretur hec mihi coram qua lo-
quimur testis est: quod in amore meo nil vnquam tur-
pe: nil obscenum fuerit. nil denique preter magnitudi-
nem culpabile. adde modum nihil pulcrius excogi-
tari queat. **Augu.** Possum tibi tulliano verbo respo-
dere. modum tu queris vicio. **Fran.** Non vicio sed amo-
ri. **Augu.** Et ille cum id diceret de amore loquebatur.

3¹¹⁵
locum tenens. **Fran.** Quid ni in Tusculano hoc legi:
verum ille de cōmuni amore hominum sentiebat. in
me autem singularia quedam sunt. **Augu.** Enī uero
idem de se aliis fortasse videatur. verumq; est. tum
in aliis: tum ī hac precipue passione q̄ vnusquisq; su
arum rerum est benignus īterpres. nec inepte illud
a plebeo licet quodam poeta dictum laudatur. Suā
cuiq; sponsam mihi meam. **Suum** cuiq; amorem mi
hi meum. **Fran.** Vis ne si tempus suppetit pauca de
multis exponam: que te in ammiracionē stuporemq;
cōpellāt. **Augu.** Me ne putes ignorare. q̄ qui amāt
ipsi sibi somnia fingunt: omnibus scolis notissimum
carmen est. **Ceterum** ex ore eius piget has infanias
audire: quem decet alcius & sapere & loqui. **Fran.**
Vnū hoc (seu gratitudini: seu ineptie ascribēdū) nō
sileo: me quantulumcūq; conspicis p̄r illam esse nec
vnquam ad hoc si quid est nominis aut glorie fuisse
venturum. nisi virtutum tenuissimam seuientem q̄
pectore ī hoc natura locauerat nobilissimis hic affec
tibus coluisset. Illa iuuenilem animum ab omni tur
pitudine reuocauit. vncoq; (ut aiunt) retraxit. atq;
alta compulit spectare. **Quid** ni enī ī amatos mores
transformare. atq; nemo vnquam tam mordax cōui
ciator inuentus est: qui huius famam canino dente
continger&: qui dicere auderet (ne dicam in actib;
eius: sed in gestu verborum) reprehensibile aliqd se
vidisse. Ita qui nihil intactum liquerat hanc miran
tes venerantesq; reliquerunt. **Minime** igit mirum
est: si hec tam celebris fama mihi q̄ desideriiū fame
clarioris attulit. laboresq; durissimos quibus optata
cōsequeretur molliuit. **Quid** enī adolescens aliud opta
bam: quam ut illi vel soli placerem: que mihi vel so
la placuerat. quod ut mihi cōtinger&: spretis mille
voluptatum illecebris. quot me ante tempus curis

laboribusq; subiecerim nosti. & iubes illam obliuisci:
vlt parcius amare que me a vulgi consorcio segrega-
uit. que dux viarum omnium torpenti ingenio cal-
car admouit: ac semisopitum animum excitauit.
Augu. Infelix quanto facius fuerat tacere quam lo-
qui. quauis enī vel in silencio talem te introrsus as-
picerem. asseueracio tamen ipsa tam pertinax bilem
stomachumq; percussit. **Fran.** Cur queso? **Augu.**
Quia falsum opinari ignorantis est: falsum impuden-
ter asserere ignorantis pariter & supbi. **Fran.** Quid
me tam falsum vel sensisse vel pertulisse confirmas.
Augu. Nempe vniuersa que memoras primum om-
nium vbi ais. Te quod es per illam esse: si sic intelli-
gis vt hec esse illa dederit. mentiris haud dubie. Si
vero sic ut non amplius esse permiserit: verum dicis
Quantū iurgium euadere poteras: nisi illa te for-
me blandiciis retraxisset. Quod es igit nature boni-
tas dedit. quod esse poteras illa preripuit: imo tu ti-
bi potius abstulisti. Illa enī innocens est forma qui-
dem tibi visa est tam blanda: tam dulcis: ut in te om-
nem ex natiuis virtutum seminibus: prouenturā se-
getem ardētissimi desiderii estibus: & assiduo lacri-
marum imbre vastauerit. **Q**uā autem te ab omni tur-
pitudine illa retraxerit: falso gloriatus es. retraxit
forſan a multis: sed in maiores impulit erumpnas.
Enimvero neq; variis sordibus obscenam viam de-
clinare monuit: si in precipitium perduxit. nec que
minuciora sanans vlcera: letale interim iugulo vul-
nus inflixit. liberasse potius quam occidisse dicēdū
est. Ita quoq; quam tuam predicas ducem: a multis
te obscenis abstrahens: in splendidum impulit bara-
trum. Quod vero alta spectare docuit: q̄ segregauit
a populo: quid aliud fuit q̄ presidētem sibi & vniq;
captum dulcedine cōtemptorem rerum omniū stu-

diosq; negligentem reddidisse quo nihil in conuicta
 hominum scias esse molestius. **I**am q; innumeris illā
 te laboribus implicuisse cōmemoras hoc vnum vere
 predicas. **Q**uid autem hic tam magni muneris inue
 nias cogita. cum multiformes enī sint labores: quos
 declinare non licet. **Q**uanta demencia est nouos spō
 te sectari. at q; fame clarioris auidum per illā te fac
 tum gloriaris. **C**ompacior errori tuo. siquidem ex
 animi tui sarcinis nullam tibi funestiorē esse mon
 strabo. sed nōdum eo peruenit oracio. **F**ran. **P**romptis
 sissimus dimicator cōminatur & vulnerat. ego autē
 & vulnere & cōminacione promoueor: & titubare
 iam grauitur incipio. **A**ugu. **Q**uanto grauius titua
 bis cum grauissimum vulnus inflixero. Ista nempe
 quam predicas cui omnia te debere te asseris: ista te
 peremit. **F**ran. **D**eus bone quibus hoc mihi persua
 debit modis. **A**ugu. **A**b amore celestium elongauit
 animum. & a creatore ad creaturam desiderium in
 clinauit. que vna quidem ad mortem pronior fuit
 via. **F**ran. **N**oli queso precipitare sententiam. deum
 profecto ut amarē illius amor prestitit. **A**ugu. **A**t
 peruertit ordinem. **F**ran. **Q**uo nam modo? **A**ugu.
Quia cum creatum omne creatoris amore diligen
 dum sit: tu contra creature captus illecebris: creato
 rem non quomodo decuit amasti: sed miratus artifi
 cem fuisti. quasi nihil ex omībus formosius creasset
 cū tamē vltima pulcritudinum sit forma corporea
Fran. **H**anc presentem in testimonium euoco. consci
 enciāq; meam facio cōtestem me quod superius dixe
 ram. illius non tam corpus amasse quam animam.
 quod hinc percipies licebit. **Q**uoniam quo illa ma
 gis in etate progressa est: quod corporee pulcritu
 dinis ineluctabile fulmen est. eo firmior in opinione
 permansi. & si enī visibiliter in uere flos tractu tēpōris

languere & : animi decus amplius augebatur. quā
sicut amādi principium: sic incepti perseverantiam
ministrauit. **A**lioquin si post corpus abiissem: iā pri-
dem mutandi propositi tempus erat. **Augu.** Me ne
ludis? an si idem animus in squalido & nodoso cor-
pore habitaret similiter placuisset? **Fran.** Nō audeo
quidem id dicere. neq; enī animus cerni potest: nec
imago corporis talem spopondisset. ac si oculis ap-
pareret: amarem profecto pulcritudinem animi: de
forme licet & habentis habitaculum. **Augu.** Verborū
queris adminicula. **S**i enī nī nisi quod oculis apparet
amare potes: corpus igit̃ amasti. nec tamen negaue-
rim animum q̃ illius & mores flammis tuis alimen-
ta prebuisse. nimirum cum vti paulopost dicam no-
men ipsum non nihil: imō vel plurimum furoribus
istis addiderit. **C**um enī in omnibus animi passioni-
bus in hac presertim euenit. ut ex minimis fauillis:
sepe incendia magna consurgant. **Fran.** Video quo
me cogas. ut scilicet cum **Q**uidio fatear animum cū
corpore amaui. **Augu.** Hoc q̃ quod sequit̃ fatearis
oportet. neutrum te satis sobrie neutq; amasse quo-
modo decuit. **Fran.** Torquendus tibi sum antequā
fatear. **Augu.** Aliud q̃ te propter hunc amorem in
magnas concidisse miseras. **Fran.** Hoc quamuis in-
eculium sustuleris non fatebor. **Augu.** Imo vero spō-
te tua mox vtrumq; fateberis: nisi rationes meas in-
terrogacionesq; neglexeris. **D**ic ergo meministi ne
puerilium annorum. an vero presencium turba solli-
tudinū memoria omnis illius etatis euauit? **Frā.**
Nempe infācia puericiaq; nō aliter ante oculos me-
os sunt quam dies hesternā. **Augu.** Meministi quan-
tus in illa etate timor dei. quanta mortis cogitacio
quantus religionis affectus. quantus amor honesta-
tis. **Fran.** Memini profecto. doleoq; crescentibus an-

3^{mo}

nis decreuisse virtutes. **Augu.** Ego quidem semper
extimui: ne illum tam intempestiuum florem verna
lis aura discuteret. qui si integer illesusque mansisset.
mirabile fructu suis temporibus protulisset. **Fran.**
Ne a proposito diuertas. quid enim hoc ad ea de qui-
bus sermo nobis icleptus erat. **Augu.** Dicam. percur-
re tecum tacitus: quando integram tibi sentis recen-
teque memoria: percurrere vniuersum vite tue tempus
Et ubi tanta morum varietas inceserit recordare.
Fran. En in ictu oculi trepidantis annoque meorum nu-
merum seriemque recensui. **Augu.** Quid reperis igitur
Fran. Littere uelud pitagore quam audiuius: le-
gi non inanem esse doctrinam. Cum enim recto trami-
te ascendens ad biuium peruenissem. modestus et so-
brius & dexteram iuberer arripere. ad leuam incau-
tus dicam aut contumax deflexi. neque mihi profuit
quod sepe puer legeram. **H**ic locus est partes ubi se
via scindit in ambas. **D**exteramque ditis magni sub me-
nia ducit. **H**ac inter illesum nobis hac leua malorum.
Exercet penas & ad impia tartara mittit. **H**ec ni-
mirum quanquam ante legissem non tamen prius in-
tellexi quam expertus sum. **E**xtunc autem obliquo
sordidoque calle distractus: & sepe retro lacrimas con-
uersus: dexterum iter tenere non potui. quod cum de-
serui: tunc profecto fuerat illa morum meorum fac-
ta confusio. **Augu.** At que nam hoc etatis tue parte contin-
gerat. **Fran.** Medio sub adolescencie feruore. & si ali-
quantisper expectas: quotus mihi tunc etatis annus
ageretur facile recordabor. **Augu.** Non tam exactum
calculum requiro: quin potius illud ediscere: quando
illius tibi primum mulieris species visa est. **Fran.** Id
utique nunquam obliuiscar. **Augu.** Iunge igitur tempo-
ra. **Fran.** Profecto & illius occursum & exorbitatio
mea vnum in tempus inciderunt. **Augu.** Habeo quod

volebam: obstupuisti credo: perstrinxitq; oculos ful-
gor insolitus. **D**icunt enī stuporem amoris esse prin-
cipium. hinc est apud nature cōscium poetam. **O**b-
stupuit primo aspectu fidonia dido. post quod sequi-
tur. **A**rdet amans dido. **Q**ue quamuis ut nosti opti-
me fabulosa narracio tota sit: ad nature tamen ordi-
nem respexit ille dum fingeret. **S**ed cum obstupuis-
ses ad illius occursum cur ad leuam potissimum de-
flexisti. puto quia decliuior videbat & laciore. dex-
tera enī & ardua & angusta est: laborem igitur timui-
sti. **A**t mulier ista tam celebris quam tibi certissimā
ducem fingis: ad superos cur non besitantem trepi-
dumq; direxit. et quod cecis fieri solet: manu appre-
hensum non tenuit. quo & gradiendum foret admo-
nuit. **F**ran. **F**ecit hoc illa quantum potuit. quid enī
aliud egit cum nullis mota precibus nullis victa blā-
diciis: muliebre tenuit decorem. et aduersus suam
simul et meam etatem: aduersus multa et varia que
flectere ad amantinum licet spiritum debuissent: in-
expugnabilis & firma permanfit. **P**rofecto animus
iste femineus: quid virum decuit admonebat. presta-
batq; ne mihi infectādo pudicie studio (ut verbis
vtar **S**enece) vel exemplum deesset: vel conuiciū.
postremo cum lorifragum ac precipitē videret: de-
serere maluit quā sequi. **A**ugu. **T**urpe igitur aliquid
interdū voluisti: quod supra negaueras. **A**t iste vul-
gatus amancium (vel ut dicam verius) amencium
furor est. ut omnibus merito dici possit: volo nolo.
nolo volo: vobisipfis quid velitis aut nolitis ignotū
est. **F**ran. **I**ncautus in laqueum offendi. si quid tamē
olī aliter forte voluissē amor etasq; coegerunt. nūc
quid velim & cupiam scio. firmauiq; iam tandē ani-
mum labentem. **C**ontra autem illa propositi tenax:
& semper vna permanfit. quam constanciam femine

am quo magis intelligo magis admiror. Idq; sibi cō
 filium fuisse: si vnquam dolui gaudeo nunc & grati
 as ago. **Augu.** Semel fallenti: non facile rursus fi
 des habenda est. **Tu** prius mores atq; habitum vi
 tamq; mutaueris: quam animum mutasse persuade
 as. mitigatus forte si tuus leniterq; ignis extinctus
 non est. **Tu** vero qui tantum dilectioni tribuis: non
 aduertis illam absoluendo quantum te ipse condem
 nes. **Illam** fateri libet fuisse sanctissimam dum te in
 sanum scelestumq; fateare. **Illam** quoq; felicissimam
 dum te eius amore miserrimum. hoc enī (si recorda
 ris) inceperā. **Fran.** Recordor equidem: atq; id ita
 esse negare non valeo: & quo me sensim dtduxeris
 cerno. **Augu.** Vt cernas: apercius animum intende.
Nihil est quod eq; obliuionem dei contemptū ve pa
 riat: quam amor rerum temporalium. **Iste** precipue
 quem proprio quodam nomine amorem: & quod sa
 crilegium omne transcendit: deum etiam vocant. ut
 scilicet humanis furoribus excusatio celestis accedat
 fiatq; diuino instinctu scelus immane licencius. **Nec**
 mirari conueniat: tantum posse hunc effectum ī pec
 toribus humanis. ad reliqua enī visa rei species: ac
 sperata fruendi delectatio. & proprie vos mētis im
 petus rapit. In amore autem & huius simul & mu
 tuus preterea succedit affect⁹. qua spe prorsus amo
 ra amorem ipsum lentescere oportet. **Sicut** cum ali
 bi ametis dumtaxat hic etiam redamantium alter
 nisq; velud stimulis mortale pectus impellitur: ut nō
 frustra **Cicero** noster dixisse videatur. **Q** omnibus
 ex animi passionibus profecto: nulla est amore vehe
 mēior. valde equidem certus erat vbi addidit pro
 fecto: is qui iā libris quatuor achademiam vidit de
 omnibus dubitantem. **Fran.** Notavi sepius illum lo
 cum & miratus sum q; ita vehemētissimam hanc ex

oībus passionibꝫ dixerit. **Augu.** Minime mirareris
nisi quia animum inuasit obliuio. **Ceteꝝ** breui āmo-
nitione in multorum malorum memoriā reuocandꝫ
es. **Cogita** nunc exquo mentem tuam pestis illa cor-
ripuit. quam repente totus in gemitū versus es mi-
seriaꝝ. puenisti ut funesta: cū volūpte lacrimis et su-
spiriis pascaris. **Cū** tibi noctes insomnes: & pernōx
in ore dilecte nomen: cum rerum omnium contemp-
tus viteꝝ odium: & desiderium mortis tristis: &
amor sollicitudinis atqꝫ hominum fuga. ut de te non
minus proprie quam de bellorofonte illud Homeri
cum dici posset. **Qui** miser in campis merens erra-
bat alienis. **Ipsē** suum cor edens hominum vestigia
vitans. **Huic** pallor & macies: & languescens ante
tempus flos etatis. **Tum** graues eternumqꝫ mādē-
tes oculi. tum confusa mens & turbata quies. in som-
nis & dormientis flebiles querele: ac vox fragilis:
luctu rauca: fractusqꝫ & interruptus verborū sonus
Et quicquid tumultuosius aut miserius fingi potest
Hec ne tibi videntur signa sanitatis. quid quod illa
tibi festos lugubresqꝫ dies inchoauit & clausit. Illa
adueniente sol illuxit. **Ille**qꝫ abeunte nox rediit. illiꝫ
mutata frons tibi animum mutauit. **Ietus** & mestꝫ
pro illius vari&ate factus es. **Deniqꝫ** totus ab illius
arbitrio pependisti. **Scis** me uera et vulgo eciam no-
ta memorare. **Quid** autem insanius quam non cōten-
tum presenti illius vultus effigie. **Vnde** hec tibi cūc-
ta prouenerant. **Aliam** fictam illustris artificis in-
genio quesiuissē. quam tecum vbiqꝫ circumferēs: ha-
beres materiam semper immortalium lacrimarum.
veritus ne fortasse arescerent irritamenta eazꝫ. **Om-**
nia vigilantissime cogitasti: negligenter incuriosus in
reliquis. aut ut omnium deliracionum tuarum sup-
mum culmen attingā. & quod pauloante cōminatꝫ

340

sum pergamus. **Q**uis digne satis excretur aut stu-
peat hanc alienate mentis insaniam? cum nō minus
nominis quam ipsius corporis splendore captus: qd
quid illi consonum fuit incredibili vanitate coluisti
Quam ob causam tantopere siue cesariam siue poeti-
cam lauream: q̄ illa hoc nomine vocaretur adamasti
ex eoq̄ tempore sine lauri mentione: vix vllum tibi
carmem effluxit. non aliter: quam si uel **P**enei gur-
gitis accola: vel **C**irrei uertitidis sacerdos existeres.
Deniq̄ quia cesaream sperare fas non erat laureā
poeticam quam studiorum tuorū tibi meritum per-
mittebat. nihilo modestius quam dominā ipsam ada-
maueras & cupisti. **A**d quam adipiscendam: quanq̄
aliis ingenii subuectus. quanto tamen cum labore p-
ueneris: tecū ipse recogitans perhorresces. **N**ec me
latet quin responsioni paratum: & adhuc hiscere me-
ditantem video. quid tibi nunc in animo verset co-
gitas. **N**empe te his studiis aliquanto prius eciam
quā arderes deditum fuisse. poeticūq̄ tibi illud de-
cus ab annis puerilibus animum excitasse. **Q**uod ego
q̄dem nec inficior nec ignoro. verū enī uero & mul-
tis retro seculis obsolefactus: mos atq̄ hec etas stu-
diis talibus aduersa: & longarum discrimina viarū.
quibus usq̄ ad limen non carceris modo: sed mortis
accessisse. aliaq̄ nō minus violenta fortune obstacu-
la: propositum recordassent seu forsitan irritassent.
nisi predulcis nominis memoria iugiter animum in-
terpellans. **C**eteris curarum sarcinis excussis: p-ter
ras & maria inter tot difficultatū scopulos: **R**omā
te **N**eapolimq̄ traxissent. vbi tandem quod tanto ar-
dore cupiebas adeptus es. quæ omnia si tui medio-
cris furoris argumenta videantur. **I**pse ego non me-
diocriter furere certus ero. **I**am uero sciens illa pre-
tereo: que ex **E**nucho **T**erenciū imitari non puduit.

Ciceronem vbi ait. **I**n amore hec omnia insunt vicia
Iniurie. suspiciones. inimicie. inuidie. bellum. pax
rursum. **R**ecognoscis in illius verbis insanias tuas.
precipueq; zelum quem sicut inter passiones amor:
sic in hac parte peste: primas partes obtinere nō am-
bigitur. **S**ed occurre forsitā: & dices hoc ita esse
non inficior. sed aderit ratio: cuius hec vita tempere-
tur arbitrio. iam ita te responsurum ille provideat:
vbi addidit. Incerta hec si tu postules: ratione certa
facere: nibilo plus agas: quam si des operam: vt cum
ratione insanias. **H**oc equidem dicto quod absq; du-
bitatione verissimū sentis: omnibus (nisi fallor) enua-
sionibus tuis obuiatū est. **H**ec atq; huiuscemodi sūt
ī amore miserie: quarum accurata dinumeratio: nec
experto necessaria: nec credibilis in experto. Illa ta-
men est omniū precipua (ut ad propositū vertar) q̃
dei sui q; pariter obliuionē parit. quō enī tot maloz
molibus incuruatus animus: ad illum vnum purissi-
mumq; veri boni fontem reptādo perueniet. que cū
ita sint: mirari iam desine: nullam vehemencio-
rem animi passionem **T**ullio visam esse. **F**ran. **V**ictus sū
fateor: quoniam cuncta que memoras de medio ex-
perientie libro mihi videris excerptisse. Itaq; libet:
quoniam **T**erenciani **E**nuchi mentionem fecisti. ex
eodem loco sumptam inseruisse querimoniam. **Q**ui-
dignum facinus. **N**unc ego me miserum sentio. et te
det & amore ardeo. & prudens sciens: viuus: vidēs
q; pereor. nec quid agam scio. **L**ibet & eiusdem poe-
te verbis a te consilium flagitare. proinde dū tem-
pus est etiam atq; etiam cogita. **A**ugu. **E**go q̃ **T**er-
rencianis tibi responsum verbis dabo. **Q**ue enī res ī
se neq; consilium neq; modum habet vllum eam con-
silio regere non potes. **F**ran. **Q**uid igit faciam? de-
sperabimus ne? **A**ugu. **O**mnia prius temperāda sūt

¶ autem nunc probati consilii mihi sit breuiter ac
cipe. Nosti de hac re non tantam ab egregiis philo-
sophis singulares tractatus: sed ab illustribus etiā
poetis integros libros esse compositos. qui ubi nam
querendi qualiter ue sint intelligendi: tibi preserti:
qui harum rerum magisterium profiteris: ingerere
iniuriosum fuerit. qualiter autem lecta intellectaq;
in salutem tuam uertenda sint: admonuisse forsitan
non erit alienum. **Primum** igit quod ait **Cicero**: nō
nulli veterem amorem nouo amore tanquam clauū
clauo excuciēdum putant. **Cui** consilio & magister
amoris **Naso** consentit: regulam afferens generalē.
¶ **Su**ccessore nouo vincitur omnis amor. & procul
dubio sic est. disgregatus enī & in multa distractus
animus: segnior fertur ad singula. **Sic Ganges** ut
aiunt a rege persarum innumerabilibus alueis di-
stinctus: atq; ex vno alto metuendoq; flumine: ī mul-
tos spernendosq; riuulos sectus est. **Sic** sparsa acies
penetrabilis hosti redditur: sic diffusum lentescit in-
cendium. **Deniq;** omnis vis ut vnita crescit: sic disp-
sa minuitur. **At** contra quid hic mihi videatur intel-
lige. **Valde** siquidem metuēdum est. ne dum ex vna
eaq; **(si dici fas est)** nobiliori passione subtraheris di-
labaris in plurima. & ex amante: mulierosus: vagus
& instabilis fias. **Meo** nempe iudicio: si inuitabili-
ter pereundum sit: nobiliori morbo perisse solacium
est. **Quid** igit consulam queris: colligere animū &
effugere si possis: ac de carcere in carcerem migrare
non improbo. **Spes** enī forsā in transitu libertatis
fuerit: aut leuioris imperii. **Ereptum** uero vni iugo
collum per infinita sordidorum seruiciorum genera
circumferre non laudo. **Fran** **Pateris** ne medico per-
orante egrum morbi sui consciū aliquid interloq;
Augu. **Quid** ni paciar. multi enī egrotātis vocibus

qua si quibusdam iudiciis ad inquisitionem oportuni
remedii penetrarunt. **Fran.** Hoc igitur vnum scito me
aliud amare non posse. **A**ssuevit animus illam adama
re. assueuerunt oculi illam intueri. & quicquid non
illa est inamenum & tenebrosum dicunt. Itaque si aliam
amare iubes: vt sic ab amore liberer: impossibile mi
hi conditionem obicis. actum est perii. **Augu.** Sen
sus ebet: & appetitus obtorpuisset. nihil ergo cum ad
mittere ualeas introrsum exteriora tibi remedia ad
hibenda sunt. potes ne igitur in animum inducere fu
gam exilium ue. & notorum locorum caruisse con
spectu. **Fran.** Licet tenacissimis vncis trahar: possum
tamen. **Augu.** Si hoc potes saluus eris. **Q**uid ergo
aliud dicam nisi **Virgilianum** versiculum paucis im
mutatis. **H**eu fuge dilectas terras fuge litus ama
tum. **Q**uomodo enim vnquam his in locis tutus esse
poteris: vbi tam multa vulnorum tuorum extant ve
stigia. vbi & presencium conspectu & preteritorum re
cordacione fatigaris. **V**t igitur idem ait **Cicero.** Lo
ci mutacione tanquam egroti iam conualescentis cu
randus eris. **Fran.** Vide oro quid precipis. quociens
enim conualescendi audius: atque huius consilii non igna
rus fugam retentaui. & licet varias simulauerim cau
sas: vnus tamen hic semper peregrinationum rustica
cionumque mearum omnium finis erat libertas. **Q**uam
sequens per occidentem & per septentrionem & usque
ad oceani terminos: longe lateque circumactus sum.
quod quantum mihi profuerit vides. Itaque sepe ani
mum tetigit **Virgiliana** comparacio: qualis coniecta
cerua sagitta: quam procul incautam nemora inter
tresia fixit. **P**astor agens telis liquit volatile ferrum.
Nescius illa fuga siluas saltusque peragrat. **D**icteus
erat lateri letalis harundo. **H**uic enim ceruo non absi
milis factus sum. fugi enim: sed malum meum vbi

306

circumferens. **Augu.** Quod a me nunc postulas ipse
tibi respondisti. **Fran.** Quo pacto. **Augu.** Quia malū
suum circumferēti locorum mutacio laborem cumu-
lat: non tribuit sanitatem. potest ergo tibi nō im-
proprie dici: quod adolescenti qui peregrinationē nil si-
bi profuisse querebatur. **Respondit Socrates.** Tecū
enī inquit peregrinaberis: tibi quidem inprimis se-
questrandā vetus hec curarum sarcina: & preparan-
dus est animus. tum deniq; fugiendum. **Hoc enī nō**
in corporibus modo: sed in animis q̄ compertum est
quod nisi in paciente sit disposito: virtus est agentis
inefficax. **Alioquin ad extremos Indorum fines pe-**
netrare quidem poteris: semper Flaccum vera locu-
tum fateberis. vbi ait. **Celum non animum mutant:**
qui trans mare currunt. **Fran.** Miro modo perplex-
us sum. **Tu enim cum mihi curandi sanandiq; animi**
documēta prebes: curandum prius sanandumq; pre-
dicas. ac deinde fugiendum. **Atqui de hoc ipso dubi-**
tat qualiter sit curandus. **Si enī curatus est quid vl-**
tra queritur. **Si autem incuratus vbi locorum mu-**
tacio? quod tu ipse astruis nō adiuuat. dic expressi⁹
quibus remediis vtendum est. **Augu.** Non curandū
sanandumq; sed preparandum dixi animum. **Cetezq;**
siue curatus erit: & poterit locorum mutacio perhē-
nem sanitatem cōseruare. siue nondum curatus: sed
preparatus tamen & ipsam eandem afferre potest.
At si neutrum: quid nisi doloris irritamenta presta-
bit ista mutacio. & de loco in loco crebra iactacio?
Non desinam Flacco teste vti. racione inquit et pru-
dencia curas. non locus effusi late maris arbiter au-
fert. **Et uere sic est.** Ibis enī spe plenus: & desiderio
reuertendi: omnes animi laqueos tecum trahēs. vbi
cumq; fueris quocūq; te verteris relinque vultum: et
verba cōtemplaberis. **Et quod est amācium infame**

privilegium. illam absentem absens audies: & vide-
bis. & putas amorem his subterfugiis extinguere.
mibi crede mardescit vtrunq; potius: hinc ab amo-
ris auctoribus inter multa precipit: interponendas
amantibus non nunquam brevis absencie morulas.
ne vicissim fastidio forte presencie: & assiduitate vi-
lescant. **Hoc** igit moneo. hoc suadeo. hoc iubeo. edo-
cedo animum deponere que premunt. **Atq;** ita sine
spe reditus abeundum: tunc intelligis quid in sanan-
dis animis possit absencia. **Quod** si locū corpori tuo
grauem: pestilentemq; sortitus: perpetuis illic mor-
bis inquietam vitam ageres: nōne irrediturus effu-
geres? nisi forte (quod valde permetuo) q̄ maior ē
hominibus corporis cura quam animi. **Fran** De hoc
quidem viderit humanum genus. de eo autem pro-
fecto nihil est dubii: quin si loci vicio in morbos inci-
dissem: salubrioris eos loci mutacione depellerem.
Idemq; vel multo magis de animi morbis optarem.
Sed hec (ut video) difficilior cura est. **Augu.** Hoc
vtiq; falsum est: magnorum philosophoꝝ consentiē
auctoritas. **Idq;** hinc liquet: q̄ morbi animi omnes
curari possunt: nisi eger obluetetur. corporei autem
nulla arte curabiles multe sunt. **Ceterū** (ne nimis
abstrahar ab incepto) in sentēcia persisto. preparan-
do (ut dixi) animum: instruendumq; dilecta relin-
quere. nec in tergum verti: nec assueta respicere. ea-
dem amāti peregrinacio tuta est. **Idq;** tibi (si sal-
uam cupis animam tuam) noris esse faciendū. **Fran**
Vt quecunq; dixisti percepisse me scencias. inparato
animo peregrinationes nil conferunt. paratū sanant
sanumq; custodiunt. **Hec** ne triplicis tui dogmatis
summa est: **Augu.** Profecto non alia & bene diffusi-
us dicta perstringis. **Fran.** Atqui prima duo sic esse
si nullus ostenderet ex me ipso perperderem. terciū

216

vero quid sanato iam: & in tutum producto animo
absencia opus sit: nō intelligo. nisi forte recidiue me-
tus hec suaserit ut diceres. **Augu.** Id ne tibi modi-
cum videt: q̄ si in corporibus: quanto magis in ani-
mis formidandum est. multoq; leuius: periculosiusq;
reuertitur adeo: ut vix quidem secundum naturam
salubrius a **Seneca** dictum sit: quā q̄ in epistola qua
dam ait. **S**i quis amorem exuere conatur: vitanda ē
omnis admonicio dilecti corporis. et subicit rationē
Nil enī facilius retrudescit quam amor. **O** verissi-
mum & ex intimis experientie penetrabilibus eru-
tum verbum. **I**n qua re nullum ante te testem cita-
uerim. **Fran.** Verum id esse fateor. at si aduertis nō
de eo qui iam exiit: sed de eo qui exuere conat: ista
dicuntur. **Augu.** De eo dixit vbi propius periculū
est. In quocunq; enī vulnere ante cicatricem: atq; in
morbo quolibet ante sanitatem formidabilior ē om-
nis offensio. nec tamen: & si ante periculosior sit: po-
stea in tuto cōtemnitur. **E**t quoniā alcius in animos
penetrant exempla domestica: quociens tu ipse qui
loqueris in hac ipsa ciuitate: que malorum tuorū om-
nium: non dicam causam: sed officina est. postquam
tibi conualuisse videbaris. & magna ex parte conua-
lueras: si fugisses per vicos notos incedens. ac sola lo-
corum facie admonitus: veterum vanitatum ad nul-
lius occursum stupuisti. suspirasti. substitisti. **D**eniq;
vix lacrimas tenuisti. et mox semisaucius fugiēs dix-
isti tecum. **A**gnosco in his locis adhuc latere. nescio
quas antiqui hostis insidias. reliquie mortis hic ha-
bitant. Itaq; si me audis: quanquan sanus esses a quo
longissime quidem abes. in his locis habitare diuci-
us non foret consilium. **N**eq; enī cōuenit vinculis ob-
sessum circa carceris fores oberrare. cuius dominus
in somni studio circuit laqueos: disponens illorum

pedibus: presertim quos effugisse conquerit. cuius
omni tempore limen apertum est: facilis descensus
auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Que
si sanis etiam ut dixi: quanto accuracius prouidenda
sunt: his quos adhuc morbus non deseruit. hos **Se-**
neca dum hoc diceret respexit maioriq; periculo pre
buit consilium. Illos enī cōmemorare superuacuum
erat: qui in mediis torrentur ardoribus. qui de salu
te non cogitant. proximum gradum attingit eorum
qui ardent adhuc: sed flammās exire meditantē. No
cuit multis ad sanitatem redeuntibus: parcissimus
haustus aque: qui ante egritudinem profuisset. Se
pe fatigatum leuis motus impulit: qui viribus inte
grum non mouisset. Quam minima sunt interdum
que animum emergētem in summas misérias reim
pellunt. **C**onspecta in alterius tergo purpura ambi
cionem renouat. **V**isus nummoq; aceruus auariciam
integrat. **S**pectata corporis species luxuriam incen
dit. **L**euis oculorum flexus amorem dormitantem
excitat. **H**ec nimirum pestes facile in animos prop
ter nostram demenciā veniunt. **A**c postq; semel iter
didicerunt: multo facilius reuertuntur. que cum ita
sint: non tantum locus pestiferus relinquendus: sed
quicquid in preteritas curas animū retorquet sum
ma tibi diligencia fugiendum est. **N**e forte cū **O**r
pheo ab inferis rediens: retroq; respiciens: recupera
tam perdas sanitatem. hec nostri consilii sentēcia est
Eran. **A**mplector & gratias ago. scio enī languo
ri meo consentaneum esse remedium: fugamq; iam
meditor. **S**ed quo potissimū cursum dirigam incer
tus sum. **A**ugu. **M**ulte tibi vndiq; patent vie. multi
portus in circuitu. **S**cio tibi inprimis Italiam place
cere: & natalis soli insitam esse dulcedinem: nec im
merito. Nam neq; Medorum silue ditissima terra.

346
Nec pulcher Ganges atq; aura turbidus hermus lau-
dibus italie certent. **N**on batra neq; indi totaq; thu-
ritrenis panthea piguis arenis. quod quidē ab egre-
gio poeta nō minus vere dictum quā disserte. **N**u-
per tu ad amicum scripto poemate lacius extendisti
Italiam igit suadeo: q; moribus incolarum celoq; &
circumfusi maris ambitu: et interfecantis horas Ap-
pemini collibus: & omnium locorū situ: nulla vsquā
stacio curis tuis oportunior futura sit. **A**d vnū ve-
ro eius angulū te artare uoluerim. I modo felix quo-
cunq; te refert animus. **V** securus & propera: nec in
tergum deflexeris: preteritoq; obliuiscens in anteri-
ora contende. **N**imis diu iam & a patria & a teipso
exulasti: tempus est reuertendi. **A**d uesperascit enī
& nox est amica predonibus. verbis tuis te commo-
neo. **R**estat vnū q; pene iam oblitus eram. **T**am diu
cauendam tibi solitudinem scito: donec scencias mor-
bi tui nullas superesse reliquias. **V**bi enī rusticatio-
nes nihil tibi profuisse memorasti minime mirari de-
cuit. **Q**uid remedii queso in rure solitario ac repostito
reperire crederes? fateor sepe dum solus es: fuge-
res suspirās: urbemq; respectās. irrisi ex alto & dixi
mecum. **E**n ut huic misero letbeam amor intulit ca-
liginem. **E**t pueris omnibus notissimorū versuū ab-
stulit memoriam: morbum fugiens currit ad mortē
Fran. **R**ecte tu quidem. **S**ed quorum versuum mē-
cionem facis. **A**ugu. **N**asonis sunt. **Q**uisquis amas lo-
ca nocent loca sola caueto. **Q**uo fugis in populo tuci-
or esse potes. **F**ran. **R**ecordor optime: ab infancia pe-
ne mihi familiariter noti erant. **A**ugu. **Q**uid multa
nosce profuit: si ea necessitatib; tuis accomodare ne-
sciisti? **E**go quidem eo magis insectanda solitudi-
ne errorem tuum ammiratus sum. **Q**uod & auctori-
tates vetez aduersus id noueras: et nouas addideras.

Nil enim tibi prodesse solitudinem sepe conquestus es
quod cum multis in locis, tum in eo presertim poe-
mate: quod de statu tuo luculentissime cecinisti, cu-
ius ego dulcedine interim dum caneres delectabar.
stupebamque: quid ita medias inter animi procellas: ex
ore infani tam dulcissimum carmen erumperet, aut
quis amor musas cohiberet? Ne a consueto domici-
lio tantis turbinibus offensus: tantaque hospitii aliena-
tione diffugerent. Nam quod ait Plato, frustra poe-
ticas fores campos sui pepulit. Quod eius successor
Aristoteles nullum magnum ingenium sine mixtu
ira demencie alio spectat, nec ad istas insanias referen-
dum est: sed de hoc alias. Fran. Ego ita esse fateor,
sed me dulce aut tibi iure placitum aliquid cecinisse non
putabam. Nunc amare carmen illud incipio. Sed quod
autem alterius remedii habes oro ne subtrahas egre-
ti. Augu. Omnia quae noris explicare ostendantis se-
pocius quam amico consulenti est. Neque enim tam mul-
ta remediorum genera interius & exterius morbis
inuenta sunt: ut in quolibet cuncta temptentur, quoni-
am ait Seneca ad Lucillum. Nihil equum sanitatem im-
pedit quam remediorum crebra mutatio, nec venit
vulnus ad cicatricem: in quo diuersa medicamenta
temptantur. Sed ut altero infelicitate succedente: ad
aliud recurrat. Itaque quibus multa & varia morbi hu-
ius medicamenta sunt: pauca tamen inseruisse conten-
tus ero, earumque potissimum quae tibi magis ex omnibus
profutura confido. Non ut aliquid noui te doceam:
sed ut ex notis & vulgatis omnibus: quid mihi effi-
caciuse videatur intelligas. Tria sunt (ut ait Cicero)
que ab amore animum exterreant. Satietas. Pudor
Cogitatio, possent plura: possent & pauciora nume-
rari. Sed ne a tanto auctore digrediar tria esse fate-
amur. De primo superuacuum est loqui: quoniam im-

possibile iudicabis tibi ut res se habet. **S**aciatem
 amoris ullam posse contingere. **A**t si appetitus raci
 oni crederet: & ex preteritis futura pensaret. faci
 le fatereris quamtūlibet dilecte rei: non saciatem
 modo: sed fastidium & nauseam posse subripere. Ve
 rum quia compertum habeo me hoc tramite frustra
 niti. q̄ & si saciatem fore possibilem: & ubi assit
 amorem necare concedas. **A**b ardētissimo tamē de
 siderio tuo: quam longissime hanc abesse contendes
 ego ipse consenciam. **S**upereft ut de duobus reli
 quis attingam: hoc mihi sicut arbitror non negabis
 Ingenium quoddam & pōderosum animum tibi tri
 buisse naturam. **F**ran. Nisi in propria causa fallor vī
 q̄ adeo id uerum ē: ut soepe grauitur tulerim. q̄ nec
 sexui satis cōuenirem: nec seculo. in quo (ut vides)
 impudenciū sunt omnia. honores: spes: opesq̄. quibz
 & virtutes cedunt & fortuna. **A**ugu. Nō vides igitur
 quantum inter se ista discordāt. **A**mor et pudor
Dum ille animum vrg & hic cohibet. Ille calcar in
 cutit: hic frenum stringit. Ille nnihil attēdit: hic vni
 uersa circumspicit. **F**ran. **V**ideo nimirum multo cū
 dolore distrabi tam diuersis affectibus. Ita enī alter
 nis horis insultant. ut modo huc: modo illuc turbi
 ne mentis agiter. quem toto sequar impetu: non
 dum certus. **A**ugu. **D**ic precor bona cum uenia. vi
 disti ne te nuper in speculo? **F**ran. **Q**uid hec queso si
 bi vult questio? & soleo quidē. **A**ugu. **V**tinam neq̄
 crebrius neq̄ curiosius quam satis ē. **Q**uero autem
 ex te. nonne vultum tuum variari indies vides sin
 gulos. & inter micantes temporibus canos animad
 uertisti. **F**ran. **P**utabam te singulare aliquid velle di
 cere. Ista vero cōmunia sunt omnibus qui nascuntur
 adolescere: senescere: interire. **A**nimaduerti in me
 quod in coetaneis meis fere omnibus. nescio enī quo

modo senescunt homines hodie citius quam solebāt.
Augu. Neq; aliorum senectus iuventutem tibi: neq;
aliorum mors immortalitātē tribueret. **Ceteris** igit;
obmissis ad te redeo. Quid ergo: mutauit ne animū
vlla ex parte corporis cōspecta mutacio? **Fran.** Con
cussit utiq; sed non mutauit. **Augu.** Quid autē nūc
tibi animi fuit: aut quid dixisti? **Fran.** Quid aliud
putas quam illud **Domiciani** principis forti animo
fero comam in adolescēcia senescentem. **Tanto** igit;
exemplo pauculos canos meos ipse solatus sum. **Ce**
sarioq; regum adiunxi nimia quidem **Pompilius**: q;
secundum inter romanos reges diadema sortitus ē:
ab adolescēcia canus dicitur fuisse. **Nec** poeticum
defuit exemplum. **Siquidem** **Virgilius** noster ī buc
colicis que xxxii. etatis anno scripsisse eum constat.
sub persona pastoris de seipso loquens ait. **Candidi**
or postq; tondēti barba tadebat. **Augu.** Ingens tibi
exemplorum copia est. tanta vtinam eoz; que cogita
cionem mortis ingererent. **Hec** enī que canos appro
pinquntis testes: senectutis mortisq; prenūcios dis
simulare docent: exempla non approbo. **Quid** enī ali
ud suadent quam lapsum etatis negligere: & supre
mi temporis obliuisci. **Cuius** ut semper memineris
tocius nostri colloquiū finis est. **Tu** uero cum ad ca
niciem iubeo respicere canorum illustrium virorum
turbam profers. **Quid** ad rem utiq; si immortales il
los fuisse diceres: haberes quorum exemplo caniciē
non timeres. **Q** si tibi caluiciē obiecissem: puto Iuli
um cesarem protulisses in medium. **Fran.** Non aliū
profecto. quid enī illustrius potuissē. **Est** autē (ni
si fallor) grande solacium: tam clavis septum esse co
mitibus. Itaq; fateor talium exemploz; velud quot
tidiane suppellectilis vsum non reicio. Iuuat enī non
modo in his incōmodis: que mihi: vel natura tribuit

416

vel casus. Sed in his etiam que tribuere possent: habere aliquid in promptu, quo me soler quod consequi non possum: nisi vel ratione viuaci: vel exemplo carissimo. Si mihi igitur exprobrasses: quod aduersus fulminis fragorem: timidior sim, quia id negare non possem. Est enim hec mihi non vltima causa lauri diligende: quod arborem hanc non fulminari tradit. Respondissem Augustum cesarem eodem morbo laborasse. Si cecum dixisses: & id verum fore & Appii cecum & Homeri poetarum principis. Si monoculum Hannibal Penorum ducis, aut Philippi Macedonum regis clipeo usus essem. Si surdastrium Marci Crassii. Si caloris impatientem Alexandri Macedonis: longum est per cuncta discurrere. Sed ex his cetera colligis. Augur aperte quidem: neque supplex hic exemplorum displicet modo non segniciem afferat: sed metum: memorumque diu discuciat. laudo quicquid id est, propter quod nec aduentantem metuas senectutem: nec presentem oderis. Quicquid vero non esse senectutem huius lucis exitum suggerit, nec de morte cogitandum sumope re detestor atque execror. Rursus precipitatum equo animo tollerare caniciem: bone indolis iudicium est. legitime autem senectuti morulas neectere, annos etati subducere, canos nimie celeritatis arguere: eosque uel occultare uel vellere demencia, quamuis communis tamen ingens est non videtis. O cecum quanta velocitate voluunt sidera: quorum fuga breuissime vite tempus deuorat atque consumit. & miramini senectutem ad uos venire, quam dierum omnium rapidissimus cursus uehit. Duo sunt que uos in has ineptias cogunt. Primum quod angustissimam etatem: alii in quatuor: alii in sex particulas: alii in plures etiam distribuunt. Ita rem minimam: quia quantitate non licet: numero temptatis extendere, quid autem sectio

ista confert finge quaslibet parciunculas : omnes in
ictu oculi prope simul euanescunt. **M**uper eras geni
tus: modo formosissimus infans. iam iuuenis: iam vir.
vide quanto uerborum impetu subtilissimus poëta
lapsus uite fugientis expressit. **N**ec quicquam igitur
laxare nitimini : quod lex nature omnium parentis
angustat. **S**ecundum est quod inter iocos & falsa gau
dia senescitis. **I**taque sicut **T**roianos: qui supremam noc
tem inter talia transduxerunt latuit. **D**um fatalis
equus saltu super ardua venit pergama. & armatum
peditem grauis attulit aluo. **S**ic vos senectutem qua
secum armatam & indomitam mortem affert. **I**ncu
stoditi corporis menia transcendentem non sentitis
nisi cum demum quando dimissi per funem hostes in
uadunt urbem. somno uinoque sepultam. **N**on minus
enim vos & mole corporum & dulcedine rerum tem
poralium sepulti estis: quam illos somno uinoque sepe
huit maro. hinc satiricus non ineleganter **F**estinat
ait. **D**ecurrere uelox. **F**losculus anguste miserque bre
uissima uite. **P**orcio dum bibimus dum ferta uirgē
ta puellas. **P**osimus obrepit non intellecta senectus
Hanc tu igitur ut ad propositum redeam obrepentem
& iam foribus insultantem temptas excludere. **C**au
sarum non seruatis nature gradibus: ante diem festi
nasse: gratulusque tibi esse quisquis non senex occurrit.
qui te infantulum uidisse testetur. presertim si mo
re communis sermonis: id heri aut nudius tertius: sese
uidisse contendat. **N**ec aduertis idem & decrepito
cuilibet dici posse. **Q**uis enim non heri: imo uero quis
non hodie puer est. **N**onagenarios pueros uidemus:
passim de rebus uilissimis altricantes. pueriliaque nunc
etiam sectantes studia. **D**ies nempe fugiunt: corpus
defluit. animus non mutatur. putrescant licet omnia
ad maturitatem suam: ille non peruenit. uerum est

quod vulgo ferūt animum vnum corpora multa cō
sumere. puericiam quidem fugit: sed ut ait Seneca
puerilitas remanet. & tu mihi crede non audeo: ut
tibi videris forsitan puer es. cum maior pars homi-
num: hanc quam tu nunc degis etatem: nō attingit.
Pudeat ergo senem amatorem dici. pudeat esse tam
diu vulgi fabulam. & si te nec verum glorie decus
allicit: nec deterret ignominia. alieno tamen pudori
vite tue mutatio succurrat. **E**tenī fame cōsulendū
proprie (ni fallor) & si ob aliud: nil saltem ut amici
liberent ab infamia menciendi. quod cum omnibus
prouidendum sit: tibi aliquando diligentius. cui tā-
tus de te loquencium populus absoluendus est. **M**ag-
nus enī labor est magne custodia fame. **H**oc si **S**cipi-
oni tuo truculentissimū hostem consulentem facis. ī
affrice tue libris patrie. nunc ex ore pii patris idem
tibi consilium prodesse: inepcias pueriles abice. ado-
lescencie flammās extingue. **N**oli semper cogitare
quid fueris: quid sis aliquando circumspecte. neu ti-
bi frustra propositum speculum arbitreris. mēen-
to quid in questionibus naturalibus scriptum ē. **A**d
hoc enī inuenta sunt specula: ut homo ipse se nosceret
multi ex hoc cōsecuti sunt: primo quidem sui notici-
am: deinde etiam cōsilium aliquod. formosus ut vi-
taret infamiam. deformis ut sciret virtutibus esse
redimendum quod corpori deesset. **I**uuenis ut sciret
tempus illud esse discendi et virilia aggrediendi. **S**e-
nex ut carnis indecora deponeret: et de morte ali-
quid cogitaret. **F**ran. **M**emini semper ex quo primū
legi. memoratu enī digna res est: sanūq; consilium
Augu. **Q**uid vel legisse uel meminisse profuit. excu-
sabilius erat ignorancie clipeum posse pretēdere nō
ne enī pudet hec scienti canos nil mutationis attulis-
se. **F**ran. **P**udet piget et penitet: sed ultra nō valeo.

Scis autem quid hic mihi solacii est quod illa mecum se
nescit. **A**ugu. Inbesit credo tibi vox **I**ulii cesaris **Au**
gusti filie: quam cum genitor argueret quod non gra
uis sibi conuersatio esset ut **l**iuie. **I**lla patris monitis
illusit facetissimo responso. & hii mecum inquit se
nescient. **S**ed queso nunquid honestius iudicas: si iam
senior animum illam ardeas: quam si adulescentulam
amares, imo vero eo fedius: quo amandi minor est
materia. **P**udeat ergo animum nunquam mutari cum
corpus mutetur assidue. **E**t hoc est quod de pudore
dicendum tempus obtulerat. **C**eterum quia ut **Ci**
ceroni placet: valde est absolum cum in locum ratio
nis pudor succedit. ab ipso fonte remediorum: id est ab
ipsa ratione auxilium imploremus. Idcirco intenta co
gitatio prestabit: quam ex tribus animum ab amo
re deterrentibus vltimam collocaui. **N**unc autem ad
illam arcem te vocari noueris. In qua sola tutus esse
potes ab incursibus passionum: & per quam homo di
ceris. **C**ogita igitur in primis animi nobilitatem: qua
tanta est: ut si de ea velim differere mihi liber inte
ger retexendus sit. **C**ogita fragilitatem simul ac fe
ditatem corporum. de qua non minus copiosa mate
ria est. **C**ogita breuitatem vite. de qua magnorum ho
minum liber extant. **C**ogita fugam temporis: quam
nemo est qui verbis equare possit. **C**ogita mortem
certissimam atque horam mortis ambiguam omni tem
pore omnibus locis impendentem. **C**ogita in hoc vno
falli homines: quod differendum putant quod differ
ri non potest. **N**emo enim tam suipsius immemor est
quin interrogatus: se quandoque moriturum esse re
spondeat. Itaque ne te spes vite longioris ludat obsecro
que innumerabiles circumuenit: quin potius velud
ex celesti quodam oraculo prolatum carmen amplex
tere: omnem crede diem tibi diluxisse supremum. **Q**uid

enī aut supremius est : aut profecto supremo proxi-
 mius. omnis qui mortalibus illuxit dies. **A**t hec &
 illud cogita quā turpe sit digito monstrari. & ī vul-
 gi fabulam esse cōuersum. **C**ogita quantum profes-
 sio tua discordet a moribus. **C**ogita quantum illa ti-
 bi nocuerit animo corpori fortune. **C**ogita quā mul-
 ta propter illam nulla vtilitate perpeffus es. **C**ogi-
 ta quociens illusus: quociens cōtemptus: quociēs ne-
 glectus sis. **C**ogita quot blandicias in ventum effu-
 deris. quot lamenta. quot lacrimas. **C**ogita illius in-
 ter hec: altum scēpe ingratumq; supercilium. **E**t si-
 quid humanius quam id breue aurāq; mobilius esti-
 ma. **C**ogita quantum tu fame illius addideris. quan-
 tum vite tue illa subtraxerit. quantū ue tu de illi9
 nomine sollicitus. quantum illa de statu tuo semper
 negligens fuerit. **C**ogita quantū per illam ab amo-
 re dei elongatus. In quātas misérias corruisti: quas
 sciens sileo ne arguar a quoq;. **S**i quis forte aurem ī
 hos sermones nostros intulerit. **C**ogita q̄ multe oc-
 cupaciones te vndiq; circumstent: quibus vtilius &
 honestius icumberes. **C**ogita quam multa inter ma-
 nus tuas inexplata sunt opera: quibus ius suū red-
 dere multo equius foret. nec tam iniquis porcioni-
 bus hoc breui punctum temporis partiri **P**ostremo
 quid id est: quod tam ardentē expetis. verum hoc
 acriter viriliterq; cogitandum est ne fugiendo forsi-
 tan arcius illigeris. quod multis sepe cōtingit dum
 exterioris forme dulcedo per angustas: nescio quas
 rimulas subit. & malis remediis alitur. **P**auci enim
 sunt: ex quo semel virus illud illecebrose voluptatis
 inbiberint: feminei corporis feditatē. de qua loquor
 sat viriliter (ne dicam satis constanter) examinent.
 facile relabunt animi. & vrgente natura: in eam po-
 tissime partē recidunt: in qua diutissime pepēderūt

Vd ne accidat: supremo studio providendū est. **P**elle
omnem preteritarum memoriam: curarum omnem
cogitatum. qui statum seu cursum transacti tempo
ris ammonet excute. **E**t ut aiunt ad petram paruu
los tuos allide: ne si creuerint ipsi: te sceno subruant
Inter hec celum deuotis oracionibꝫ pulsandū: aures
regis etherii pijs precibus fatigande: nulla dies nul
la nox sine lacrimosis obsecrationibus transigēda ē.
Si forte miseratus omnipotens finem laboribus tan
tis imponer&. **H**ec agenda tibi cauendaqꝫ sunt. que
diligencius obseruanti aderit diuinum auxilium ut
spero. & inuicti liberatoris dextra succurr&. **S**ed
quoniam iam (& si pro necessitate tua pauca quidē
pro breuitate autem temporis satis) multa de vno
morbo dicta sunt. ad alia trāseamus. **R**estat vltimū
malum quod ī te curare nunc aggrediar. **F**ran **A**ge
pater mitissime. nam reliquis: & si non plene libera
tum: magna tamen ex parte me leuatū scencio. **A**ugu.
Gloriam hominum & immortalitatē nominis: plus
debito cupis. **F**ran. **F**ateor plane neqꝫ hunc appeti
tum vllis remedijs frenare queo. **A**ugu. **A**t valde
metuendum est: ne optata nimium hic inanis morta
litas uere immortalitatis iter obstruxerit. **F**ran. **T**i
meo quidem hoc vnum inter cetera. **S**ed quibus ar
tibus tutus sim: a te potissimum expeto. a quo ma
iorum mihi morborum remedia suppeditata sunt.
Augu. **N**ullum profecto maiorem tibi morbum in
esse noueris. & siquidem forte fediores sunt: verum
quid esse gloriam reris quam tātopere expetis edis
sere. **F**ran **N**escio an diffinitionē exigas. at ea cui no
cior est quam tibi. **A**ugu. **T**ibi vero nomē glorie no
tum res ipsa: ut ex actibus colligit: esse videtur in
cognita. **N**unquam enī tam ardentem si nosses opta
res, certe siue illustrem & peruagatam: uel in suos

cives uel in patriam uel in omne genus omnium me-
 ritorum famam quod vno in loco. **M. Tullio** visum
 est. siue frequētem de aliquo famā cum laude. quod
 alio loco ait idem utrobique gloriā famam esse repe-
 ries. **Scis** autem quid sit fama. **Fran.** Non occurrit
 id quidem ad presens: et ignota in medium proferre
 metuo. Ideoque quod esse verius opinor siluisse malu-
 erim. **Augu.** Prudenter hoc vnum & modeste. nam
 in omni sermone graui presertim & ambiguo: non tā
 quid dicatur quam quid non dicatur attendendum
 est. Neque enim par ex bene dictis laus: & ex male dic-
 tis reprehensio est. **Scito** igitur famam nil esse aliud quam
 sermonē de aliquo vulgatum ac sparsum per ora mul-
 torum. **Fran.** Laudo seu diffinitionē seu descriptiōem
 dici mauis. **Augu.** Est igitur flatus quidam atque aura
 volubilis: & quod egrius feras. flatus est hominum
 plurimorum. **Scio** cui loquor: nulli usque odiosiores esse
 vulgi mores ac gesta perpendi. **Vide** nunc quāta iu-
 dicioque peruersitas. quorum enim facta cōdemnas: eo-
 rum sermociunculis delectaris. atque utinā delectare
 ris dumtaxat. nec in eis tue felicitatis apicem collo-
 casses. **Quo** enim spectat labor iste perpetuus continu-
 eque vigilie: ac vebemens impetus studioque. **Respōde**
 bis forsitan: ut vite tue profutura cōdiscas. **At** vero
 iam pridem vite simul & morti necessaria didicisti.
Erat igitur potius quēadmodum in actum illa produ-
 ceres experiendo temptandum: quā in laboriosa cog-
 nitione procedendum. ubi noui semper recessus et inac-
 cesse latebre. & inquisitionum nullus ē terminus. **Ad**
 de quod in his que populo placerent studiosius elabora-
 st. his ipsis placere satagens: quæ tibi pre omnibus
 displicebant. hinc poematum: illinc historiarum de-
 niq; omnes eloquencie flosculos carpens: quibus au-
 res audiencium demulceres. **Fran.** Parce queso: hec

quid est fama

racitus audire non possum. Nunquā ex quo puericā
am excessi: scienciarū flosculis delectatus sū. multa
enī aduersus litterarum laceratores eleganter a **Ci**
cerone dicta notavi. & a **Seneca** illud in primis viro
captare flosculos turpe ē. & notissimis se fulcire vo
cibus ac memoria stare. **Augu.** Nec ego dum hec di
co: vel ignauiam tibi uel memorie angustias obieci.
Sed q̄ ex his que legeras floridiora in sodalium de
licias reseruasti. & velud ex ingenti aceruo: in vsus
amicoꝝ eleganciora consignasti. quod totum inanis
glorie lenocinium est. & tande quottidiana occupa
cione non contentus: que magna licet & temporis im
pensa: non nisi presentis eui famam promittebat. co
gitaciones tuas in longinqua trāsmittens famam in
ter posteros concepisti. Ideoq̄ manum ad maiora iā
porrigens: librum historiarum a rege **Romulo** i **Ti**
tum cesarem opus immensum: temporisq̄ & laboris
capacissimū aggressus es. **Eoq̄** nondum ad exitum
producto: tātis glorie stimulis vrgebaris. **Ad Affri**
cam poetico quodam nauigio transmisisti. & nunc i
prefatos affrice libros sic diligenter incumbis ut ali
os non relinquas. ita totam vitam his duabus curis
ut inter currentes alias innumeras sileam prodigus
preciosissime irrepabilisq̄ rei tribuis. deq̄ aliis scri
bens tu ipsius obliuisceris. et quid scis an utroq̄ ope
re inexpleto: mors calamum fatigatum e manibꝝ ra
piat. atq̄ ita dum in modice gloriam petēs gemino
calle festinas: neutro peruenias ad optatū. **Fran. Ti**
mui hoc fateor interdum. graui enī morbo correptꝝ
vicinam mortē expaui **Nihil** in eo statu sentiens mo
lestius: quā q̄ **Affricam** ipsam semi explicitam linq̄
bam. Itaq̄ alienam dedignatus limam: ignibus eam
propriis manibus mandare decreuerā. nulli amicoꝝ
fatis fidens: qui post omissum spiritum id mihi pre

staret. propterea quid **V**irgilium nostrū ab imperatore cesare **A**ugusto: hac in re sola non exauditū esse memineram. quid te moror parum abfuit: quin africa preter vicini solis ardores: quibus eternū subiacet. ac preter **R**omanoꝝ faces quibus ter olim longe lateq; perusta ē: meis eciam flāmis arderet. **S**ed de hoc alias. est enī amara recordacio. **A**ugu. **A**dianas sententiā meam narratione hac: dilata parump solutionis dies: sed non cassā ratio est. **Q**uid autem stulcius quā in rem exitus incerti tantos labores efundere. **S**cio tamē quid tibi (ne ceptū destituas) blandiūt. **S**pes vna peragēdi quam quoniā facile (ni si fallor) extenuare non possem: verbis eam amplificare temptabo. ut eam uel sic longe imparem tantis laboribus tuis ostendam. finge igit̃ esse tibi et temporis & oculi & trāquillitatis habūde: euanescat omnis torpor ingenii: omnis corporis languor. **C**essent fortune impedimenta omnia: quē interrupto scribēdi impetu: sepe properantē calamum auerterūt. felicius tibi & supra uotum cuncta perueniāt. **Q**uid tamem tam grande factūꝝ esse te iudicas. **F**ran. **P**reclarum nempe rarūq; opus & egregiū. **A**ugu. **N**olo nimis oblectari: preclarū opus concedat̃. **A**t quanto preclarioris impedimētū si cognosceres quod cupis horreres. **H**oc enī dicere ausim: uel inprimis animū tuū ab omnibus melioribꝝ curis abstrahit. **A**dde qꝫ hocipm preclarū. nec late patet: nec in longum porrigitur. locorūq; ac tempoꝝ angustis coartat̃. **F**ran. **I**ntelligo istam veterem & tritam iam inter philosophos fabellam. terram omnem puncti vnius exigui: instar esse animū vnum infinitis annoꝝ milibus constare. famam vero hominū nec pūctum implere nec animum. **C**eteraq; huius generis quibus ab amore glorie animos cohartant̃. **S**ed queso si quid habeas

validius profer. hec omnia relatu magis speciosa q̃
efficacia sum expertus. **N**eq̃ enī deus fieri cogito:
q̃ uel eternitatem habeam uel celum terrasq̃ cōplec
tar: humana mihi satis est gloria. ad illam suspiro et
mortalis nō nisi mortalia concupisco. **A**ugu. **O** te si
vera memoras infelicem: si non cupis immortalia. si
eterna non respicis. totus es terrenus. actum ē de re
bus tuis: spei nihil est reliquū. **F**ran. **A**uertat deus
hanc infaniā sp̃ eternitatis me amore cōflagrasse. tes
tis est mihi curarū meaz̃ mens conscia. **S**ed hec dixi
vel si forsitā lapsus sum: hoc dicere volebam: morta
libus vtar pro mortalibus. **N**ec ī modico vastoq̃ de
siderio nature rerum vim asferre molior. Itaq̃ glo
riam humanam sic expeto: ut sciam & me et illā esse
mortales. **A**ugu. **V**t hoc prudēter: sic illud insulsi
me. q̃ propter aurā inanem: iāq̃ ut ipse asseris peri
turam: semper māsura destituis. **F**ran. **H**aud equi
dem destituo: sed fortassis differo. **A**ugu. **A**t q̃ pe
riculosa dilacio est: in tanta dubii celeritate tempo
ris: tantaq̃ vite fuga. ad hoc velim mihi respōdeas.
Si ab eo forte qui solus vite mortisq̃ metā statuit.
vnus dūtaxat prefixus: bodie foret ann⁹ integer vi
uendi. Idq̃ tibi sine vlla dubitatione cōstaret: qualis
esse inciperes huius anni temporis dispēsator. **F**ran.
Equidē parcissimus ac diligētissimus: summoq̃ stu
dio prouiderē: ne quid nisi seriis impenderet. vixq̃
aliquē tam vesanū insolentēq̃ reor: qui nō idem re
sponsurus sit. **A**ugu. **R**espōsum probo. **S**ed stuporē
quē mihi furor hominū parit in hac re: nō modo me
us sed nec omniū qui vnquā eloquēcie studuerūt sti
lus explicet. omniū lic& in hoc vnum ingenia labo
resq̃ conueniant. citra vero facundia fessa subsistet.
Fran. **Q**ue tante āmiracionis ratio est. **A**ugu. **Q**uia
rerum certaz̃ auarissimi estis: incertarū prodigi. cu

ius cōtrarium: nisi prorsus insaniretis: esse debuerat
 profecto enī anni spacium: & si breuissimū sit: ab eo
 tamē qui nec fallit nec falliē promissum. & ī partes
 distributum: licēcius spargi poterat: extremis peri-
 culis ad salutis cōsilia reseruatis. **I**lla omniū inexe-
 crabilis & horrēda demencia: q̄ nescitis utrū supre-
 mis necessitatibz suffecturū sit: in ridiculas vanita-
 tes ceu superhabundet effundere: qui annum habet
 ad viuendū. **C**ertum quoddā habet ille: sed modicū
 qui vero sub ambiguo mortis imperio ē sub quo qui-
 dem omnes degetis mortales. nec anni nec lucis: de-
 niq̄ nec hore integre certus est. **A**nnū victuro sex li-
 cet mensibus emensis: adhuc semestre superest spaci-
 um. **T**ibi vero si hic perdit dies: quis spōsor est cra-
 stini. **V**erba sint **C**iceronis: moriendum esse certum
 est. & hoc ipsum incertum an hac eadem die. nec est
 aliquis adeo iuuenis cui compertū sit: se vsq̄ ad ves-
 peram esse victurū. **Q**uero igit̄ ex te: quero itidem
 ex cunctis mortalibz: qui venturis inbiantes presen-
 tia non curatis. **Q**uis scit an adiciant bodierne cra-
 sti na vite tempora. **D**ii superi. **F**ran. **N**ullus profecto
 ut pro meipso & pro cunctis respondeam. sed spera-
 mus annum saltem: quem nemo tam senex est: ut nō
 superesse sibi speret. quod **C**iceroni placet. **A**ugu.
At ut eidem videt̄: non modo senum sed adolescenci-
 um q̄ spes stulta est: sibi pro certis incerta promittē-
 cium. **S**ed detur quod omnino impossibile est et am-
 plum simul & certum vite spacium cōtigisse: quāta
 tibi videt̄ amencia meliores annos atq̄ optimas eui
 partes: uel in placendo oculis alienis: vel in auribus
 hominū demulcēdis expendere. **D**eterrimas autem
 atq̄ vltimas pene ad nil vtilis: viuendiq̄ simul et fi-
 nem & fastidium allaturas: deo tibiq̄ reseruare. ut
 anime tue libertas extrema omnium cura sit. certo.

quāuis in tempore nonne tibi ordo trāuersus videē
meliora postponere. **Fran.** Est autē aliqua propositi
mei ratio. **Eam** enī quā hic sperare licet gloriā: hic
q̄ manenti querendam esse persuadeo ipse mihi. Illa
maiore in celo fruendū erit. quo qui peruenerit hāc
terrenam ne cogitare quidem velit. **Itaq̄** istum esse
ordinē ut mortaliū rez̄ inter mortales prima sit cu
ra: trāitoriis eterna succedant. q̄ ex his ad illa sit or
dinatissimus progressus. inde autē regressus ad ista
non pateat. **Augu.** Stultissime homūcio. Sic igitur
quicquid voluptatū celum habet aut tellus: & vtro
biq̄ ad nutum fluētes ac felicissimos tibi fingis eue
tus. **At** mille hominū mille spes ista fefellit. innu
merabiles animas orcho demersit. dum enī alterum
pedem in terra tenere putāt: alterū in celo. neq̄ hic
cōsistere: neq̄ illuc ascendere potuerūt. Itaq̄ misera
biliter lapsi sunt. subitoq̄ illos vel in ipso etatis flore
uel in medio rerū apparatu vegetabilis aura desti
tuit. **Et** hoc tibi quod tam multis cōtingit cōtinge
re posse nō cogitas. heu si forte interim quam deus
prohibeat ruinā: multa moliens patereris. quantus
dolor: quātusq̄ pudor: & quā sera penitēcia: q̄ in di
uersa distractus euanuisses in singulis. **Fran.** Mife
reat altissimus ne ista cōtingant. **Augu.** Misericor
dia diuina liberet: quāuis humanā tamē nō excusat
insaniam. **Nolo** autē de misericordia nimium speres
Sicut enī desperātes odit deus: sic incōsulte speran
tes irridet. **Illud** equidem ex ore tuo auditū esse do
leo. philosophoz̄ in hac re veterem ut ais fabellam
posse cōtempni. ea ne queso fabula est: que geometri
cis demōstrationibz̄ terre tocius designat angustias
ac cretam quā longiusculā licet insulam esse confir
mat. **An** ea que asserit ex omni terra quādoq̄ distic
ta. ita vocent zonis maximam illam mediamq̄ solis

ardoribus. **D**uas autem dextera leuacq; importunis
frigoribus: perpetuacq; glacie oppressas: habitaculū
hominib; nō prestare. duas reliquas inter mediā &
extremā incolī. **A**n ea que bipartite huius habitabi
lis alteram partē obice magni maris inaccessibilem
vobis sub pedibus vestris locat quā vtrum homines
teneāt: scis quanta discēcio inter doctissimos homi
nes olim sit. **E**go autem quid sentirem absolui in li
bro de ciuitate dei: quos te legisse nō dubito. **A**lterā
vero vel totam vobis līquit habitabilē: uel ut qui
busdā plac; in duas partes subdiuidens. vnā vsib;
vestris attribuit. aliam septētrionalis oceani reflex
ibus circūcludit: atq; aditum interdicit. **A**n ea quæ
hanc ipsam vobis habitabilem quātulacūq; sit: freto
paludibusq; ac siluosis arenosisq; & desertis locis im
minuit: penēq; ad nihilum redigit. hoc teliuris exi
guum in quo tantopere superbitis. **A**n ea forte que
in hoc ad extremū artatocq; habitaculi vestri situ: di
uersos viuēdi mores aduersusq; religionū ritus disso
nas linguas dissimulosq; habitus edocet. atq; hoc mo
do propagandi late nominis preripit facultatē. **S**ed
hec tibi fabulosa sunt: fabulosa q; sunt omnia: que de
te mihi promiseram. **N**ulli enī ferme nociora hec re
bar esse quam tibi. **N**empe ut omittam & **C**icero
nis & **M**aronis disciplinam. ceteraq; phisica uel poe
tica quibus hac de re instructissimus videbaris. **S**ci
ebam te nuper in **A**ffrica tua hanc ipsam sentēciam
preclaris versibus descripsisse. vbi dixisti **A**ngustis
artatus finibus orbis insula parua **S**ita est. curuis
q; flexibus ambit oceanus. **A**liacq; deinceps addidi
sti. que si falsa putabas: miror ut ea per te tam con
stanter asserta sunt. **Q**uid nunc de fame mortalium
breuitate. deq; temporalibus angustis loquar. cum
scis quozq; vetustissima memoria ē eternitati collata

quā brevis quāq; recens sit. Nō ego te ad opiniones
illas veterum reuoco: qui crebra terris incendia di-
luuiāq; denunciant. quibus & **P**latonicus thimeus
& **C**iceronianus reipublice sextus liber refertus est.
Ea enī quanquā multis probabilia videant: vere ta-
men religioni cui iniciatus es aliena sunt profecto.
ac preter hec. quam multa sunt que diuturnitatem
(ne dicam eternitatē) nominis impediunt. **M**ors ī
primis hominū illoz: quibus cum vita transacta est
obliuioq; naturale senectutis malum. **S**emper q̄ suc-
crescens nouoz laus hominū: qui flore suo non nihil
interdum ueteribus titulis derogat. quantoq; ma-
iores deprimit: tātum ipsa sibi videt assurgere. **H**uc
accedit inuidia: que gloriosa moliētes absq; intermis-
sione persequitur. **A**ccedit odium ueritatis: et inuisa
plebibus ingenioz vita. **A**dde iudicioz vulgarī
inconstanciā. adde ruinas sepulchroz: ad que discū-
cienda ualent sterilis mala robora ficus. **U**t Iuena-
lis ait. quā non ineleganter in **A**ffrica tua secundam
mortem vocas. **A**tq; ut in eisdem te hic uerbis allo-
quar: quib; tu illic alium loqui facis. **O**ccidet & bu-
stum titulusq; ī marmore sectus. **O**ccidet hinc mor-
tem pacieris nate secundam. **E**n preclara & immor-
talis gloria que saxi vnus mutat impulsu. **A**dde li-
brorum interitū: quibus vel propriis uel alienis ma-
nibus vestrum nomē insertum est. qui licet eo senior
videat quo uiuacior est libroz quā sepulchrorū me-
moria. tamē inuitabilis casus est: propter innume-
rabiles pestes nature fortuneq; pariter: quibus ut ce-
tera sic & libri subiacent. que si cuncta cessarent se-
nium suum suaq; illis mortalitas annexa est. **M**orta-
lia nanq; esse decet quecūq; labor mortalis inani edi-
dit ingenio: ut tuis potissimum uerbis tuus tam pu-
erilis error conuincat. **Q**uid ergo adhuc ingerere ti-

3^{no}
bi non desinam versiculos tuos libris equidem mori
entibus ipse occubens: etiam sic mors tibi tertia restat.
Habes de gloria iudicium meum pluribus certe quam
me uel te decuit verbis explicitum. paucioribus vero
quam rei qualitas exiebat: nisi forte nunc etiam fabulo-
sa tibi hec omnia videntur. **F**ran. **M**inime quidem neque
mibi more fabularum affecerunt animum: quinimo ve-
teris abiciendi nouum desiderium iniecerunt. quauis
enim ferme omnia iam pridem nota mihi forent audi-
taque sepius. quoniam ut **T**erentius noster ait. **N**ullum
est iam dictum quod non sit dictum prius. tamen &
verborum dignitas & narrationis series: & loquen-
tis auctoritas multum valet. **C**eterum de hac re sen-
tentiam tuam ultimam audire velim. iubeas ne ut omis-
sis studiis meis omnibus in gloriam degam? **A**n vero
medium aliquod tibi sit consilium? **A**ugu. **U**t in glori-
am degas nunquam consulam. **A**t ne glorie studium vir-
tuti preferas identidem admonebo. **N**osti enim glori-
am velud umbram quandam esse virtutis. **I**taque sicut
apud vos impossibile est corpus umbram sole feruen-
te non reddere. sic fieri non potest virtutem ubilibet
radiante: deo gloriam non parere. **Q**uisquis igitur ve-
ram gloriam tollit: virtutem ipsam sustulerit necesse
est. quia sublata relinquitur vita hominum nuda: & mu-
tis animantibus similima. **V**ocantemque sequi preceps ap-
petitum: qui vnus beluis amor est. **H**ec igitur tibi ser-
uanda lex erit. virtutem cole: gloriam neglige. **I**llam
tamen interea quod de. **M.** **C**actone legitur. quo mi-
nus appetes magis assequeris. **N**ondum possum mi-
hi temporare: quo minus tecum tuis agam testimo-
niis. illa uel inuitum fugias: licet illa sequatur. **A**gnos-
cis ne versiculum: tuus est. insanus profecto videatur
qui die medio per solis ardorem ut umbram cerne-
rent. ostenderetque aliis: cum labore discurret. atque

nibilo sanior est qui inter estus vite multo cū labore
circūfertur: ut gloriam suam late diffundat. **Q**uid
ergo eat ille ut terminū teneat euntē cū vmbra pro
sequit? **A**gat iste ut virtutem apprehēdat agentem
gloria nō deserit. & hec de ea que vere virtutis co-
mes est. Illa vero que capta ē ex aliis: siue corporis si-
ue ingenii artibus: quas humana curiositas innume-
rabiles facit. nec glorie cognomine digra est. Itaq;
tu qui cōscribendis libris etate ista presertim tantis
te laboribus maceras (pace tua dixerim) procul er-
ras. oblitus enī tuaz: alienis rebus totum incumbis
Ita sub inani spe glorie breuissimū hoc vite tempus
te nō sentiente dilabit. **F**ran. **Q**uid faciam igit? labo-
res ne meos interruptos deseram? an accelerare cō-
sulcius est. atq; illis (si deus annuat) summā manū
imponere. quibus curis exutus expedior ad maio-
ra proficiscar. tantum enī actum sumptuosum opus
vix possum equanimiter medio calle deferere. **A**ug.
Quo pede claudices agnosco: te ipsum derelinquere
maius q̄ libellos tuos. **E**go tamē officium meū per-
agam q̄ feliciter: tu videris ac certe fideliter. **A**bi-
ce ingentes historiaz sarcinas: satis **R**omane res ge-
ste et suapte fama: & aliorum ingenii illustrata sūt
Dimitte **A**ffricam eāq; possessorib; suis linque. nec
Scipioni tuo nec tibi gloriam cumulabis. **I**lle alcius
nequid extolli. tu post eū obliquo calle niteris. **H**is
igit posthabitis te tandem tibi restitue. atq; ut vn-
de venimus reuertamur. **I**ncipe tecum de morte co-
gitare. cui sensim: & nescius appropinquas: reciscis
velis: tenebrisq; discussis: in illam oculos fige. **C**auē
ne ulla dies aut nox trāseat: que nō tibi memoriā su-
premi temporis ingerat. quicquid vel oculis uel ani-
mo cogitantis occurrit: ad hoc vnum refer. celū ter-
ra maria mutant: quid homo fragilissimum animal

sperare potest. Vicissitudo temporū suos cursus re-
 cursusq; peragit nunquā permanēs. Si tu posse per-
 manere putas: falleris. At ut eleganter ait **Flaccus**
Damna tamē sceleres reparāt celestia lune. **M**os vbi
 decidimus? **Q**uociens igit floribus vernis estiuā se-
 getem. **Q**uociens estiuis salubris autumpni tempe-
 riem. **Q**uociens autumpni vindemiis hibernā succes-
 sisse niuem vides. **D**ic tecum ita pretereunt. sed se-
 pius reuersura. ego autē irrediturus abeo. **Q**uociēs
 vergente ad occasum sole umbras monciū crescere
 cōspicis. dic nunc vita fugiente: umbra mortis extē-
 ditur. iste tamen sol cras idem aderit: hic autē mihi
 dies irreparabiliter effluxit. **Q**uis pulcherrima spec-
 tacula serene noctis enumeret? que sicut male agen-
 tibus per oportuna: sic bene agentibus deuotissima
 pars temporis est. **Q**uāobrem non securius quā ma-
 gister frigie classis. neq; enī tucius fretum nauigas
 media nocte cōsurgens. **S**idera cuncta nota tacito la-
 bencia celo. que dum ad occidentē festinare circum-
 spicis: scito te cum illis impelli. nullaq; nisi in eo qui
 non mouet: quiq; occasum nescit superesse fiduciam
 subsistendi. **A**d hec dum occurrūt quos modo pue-
 ros vidisti ascēdentes etatum gradib;. recordare te
 interim alio calle descendere. eoq; celerius: quo secū-
 dum naturam. sic omniū grauium casus vetusta cer-
 nenti menia succurrat. inprimis vbi sunt. quorū illa
 cōgesserunt manus recencia tuenti. vbi mox futuri
 sunt. **I**dem de arborib; ex quarū ramis sepe fructū
 non legat ipse qui coluit: ac plātauit. **I**n multis enī
 obseruatum est illud **G**eorgicum. **T**arda venit seris
 futura nepotib; umbra. flumina velocissima mirātī
 semper. ne te ad alienos euocem: versiculus quidem
 tuus in promptu sit. flumina nulla quidem cursu le-
 uiore fluunt q̄ tempus abit vite. **N**ec te vallat dieꝝ.

pluralitas & etatis operosa distinctio. **T**ota hominum vita quātumlibet intendať diei vnius instar habet: cuiusq; vix integri: crebro ante oculos reuoca **A**ristotilicam quandā similitudinē: quam animaduerti admodū tibi placere. vixq; vnquam sine graui mentis impulsu legi solere uel audiri quam clariori eloquio & ad persuadēdū apciori. **I**n **T**usculano quidē a **C**icerone relata inuenies. ait his verbis aut profecto similibus. **N**eq; enī liberi nunc illius copia est. **A**put Ipanum inquit fluuiū: qui ab europa parte in pontum influit bestiolas quasdam nasci scribit **A**ristotiles. que vnum diem viuant: que oriente sole moriuntur. iuuenis moriē. que vero sub meridie iā etate perfectior atq; sole occidente senex abit. eoq; magis si solsticiali die: cōfer vnuerſam etatem nostram. in eadem propemodū breuitate reperiant. **H**ec ille. **Q**ue quidem assertio meo iudicio tam uera ē: ut ex ore philosophoz iam pridē in vulgus effusa sit. **N**unquid enī rudes eciam & ignaros homines: in quotidiani sermonis vsu deduxisse vides. ut puez aspicientes dicant. huic sol oriē. virum autē. hic meridiem attingit. hic nonam. senem uero decrepitem: ad vesperam atq; ad solis occasū iste peruenit. **H**ec igitē fili carissime tecum volue: & si qua huius generis occurrūt aliaq; multa esse nō dubito. **S**ed hec erāt q; ex tempore sese obtulerūt. **V**num preterea obsecro: sepulchra veterū sed eoꝝ qui tecum vixerunt diligēcius cōtemplare: certus eandem tibi sedem ac perhēnem aulam fore preparatam. **T**endimus huc omnes: hec est domus ultima. **T**u q; qui nunc etate ultima florida superbis: alios calcas: mox ipse calcaberis. **H**ec cogita: hec diebus ac noctibus meditare. nō solum ut hominem sobrium ac natnre sue memorem: sed ut philosophū decet. atq; ita teneas intelligi de

bere quod scribit. **T**ota philosophorū vita cōmenda-
 tio mortis est. Ista inq̃ cogitacio docebit te morta-
 lia facta cōtemnere. aliamq̃ viuendi viam quā arri-
 pias monstrabit. Interrogabis autē que nam hec via
 est seu quibz adeunda tramitibus. **R**espondebo tibi
 longis monicionibz te non egere. **A**udi modo vocan-
 tem iugiter hortantēq̃ spiritum: et dicentem. Hoc
 iter est in patriam. **S**cis que ille tibi suggerit: quas
 vias & que deuia. quid sequendum vitandū ue pro-
 nunciet. **I**lli parere: s̃ saluū te uel liberum esse cupis
 non longis deliberacionibus opus est: factum exigit
 natura periculi. hostis instat a tergo: & in faciem in-
 sultat. parietes tremunt in quibus obsessus es. **N**on
 est ulterius hesitandum. **Q**uid tibi prodest dulciter
 aliis canere si teipse non audis. **F**inem faciam. **E**ffu-
 ge scopulos. eripe te in tutum. **S**equere impetū ani-
 mi: qui cum sit turpis ad reliqua honesta pulcerri-
 mus est. **F**ran. **U**tinam hec mihi ab inicio dixisses: p̃
 usquā his animum studiis adduxissem. **A**ugu. **D**ixi
 equidem sepe: & ī ipsis primordiis vbi te calamum
 arripuisse vidi. prefatus sum: quāta brevis & incer-
 ta: q̃ longus & certus labor. q̃ opus grande. q̃ fruc-
 tus exiguus foret. **S**ed aures tuas obstruxerant po-
 puloz voces: quas odisse simul & secutū esse te stu-
 peo. **C**etez quia satis multa cōtulim⁹: queso si quid
 ex me gratū accepisti ne paciariis situ desidiaq̃ mar-
 cescere. **S**i quid autē asperius ne moleste feras. **F**ran
Ego uero tibi tum pro aliis multis: tum pro hoc tri-
 duano colloquio magnas gracias ago. quoniā & cali-
 gancia lumina deterfisti. et densam circūfusi erroris
 nebulā discufisti. **H**uic autē quas refero grates que
 multiloquio non grauata uel que nos ad exitum ex-
 pectauit. que si usquā faciem auertisset operti tene-
 bris per deuia uagaremur. **S**olidumq̃ nihil uel tua

cōtinēt oracio uel intellectus meus exciperet. **N**unc
 vero quoniā sedes uestra celū est: mihi autē terrena
 nōdū finit habitacio: que quorsū duratura sit nescio
 & in hoc pendeo anxius ut vides. **O**bsecro ne me li-
 cet magnis tractibus distantē deferatis. **S**ine te enī
 pater optime vita mea iamēna est. sine hac autē nul-
 la for&. **A**ugu. Impetratū puto modo teipm nō de-
 feras. alioquin iure optimo defereris ab omnibz. **F**rā
Adero mihi ipse quantū potero. et sparsa anime frag-
 mēta recolligā. moraborq; mecū sedulo. sane nūc liez
 dū loqmur multa me magna: quāuis adhuc morta-
 lia negocia expectāt. **A**ugu. **M**aius fortasse vulgo
 aliquid videt: ac certe vtilius nihil ē. nihilq; q̄ possit
 fructuosius cogitari. relique enī cogitacōes possunt
 esse supuacue. has autē semp necessarias ineuitabilis
 probat exitus. **F**ran. **F**ateor neq; aliā ob causam ppe-
 ro. nunc tam studiosus ad reliqua: nisi ut illis expli-
 citis ad hec redeā: nō ignarus ut paulo ante dicebas
 multo mihi futurū esse securius studiū hoc vnū sec-
 tari. & deuijs pretermisiss rectū callem salutis ap-
 prehēdere. **S**ed desideriiū frenare n̄ valeo. **A**ugu. In
 antiquā litē relabimur. voluntatē impotenciā vocas
 sed sic eat quādo aliter esse n̄ potest. **S**upplexq; deū
 oro: ut euntē comitemur. gressusq; (licet vagos) in-
 tutū iubeat puenire. **F**ran. **O**ytinā id mihi contin-
 gat quod precaris. et ut duce deo integer ex tot am-
 fractibz euadā. & dum uocantē sequor: non excitem
 ipse puluerem in oculos meos. subsidātq; fluctus ani-
 mi. fileat mundus. & fortuna non obstrepat

Secretum **F**rancischi **P**etrarche de **F**lorentia: **P**oete
 laureati. **D**e contemptu mundi **F**init **F**eliciter

colorchecker DIGITAL SG

DCSG - UBU # MX - 7181



x-rite

0 1 2 3 4 5 6 mm